est in populos beneficij, quo fundantur stabiliunturq; vrbes, & ciues tanq; frenant pœnis, & a vicijs abducunt. p̄mijs vero & decretis honoribus, ad capeffendas vtutes cōcitant. ¶ Rigido strauerunt. Ipi quoq; reges q̄ insignes fecissent iniurias, aut illatas reposuissent, apud rude vulgus supra homines putabatur, & digni herou ac diuum nominibus. Fundarunt & strauerunt syncopē figura posita sunt & homœoteleuta, de q̄bus p̄ter grecos, Quintilianus, Gellius, Donatus, Seruius, Diomedes. ¶ Et varias docile, quod facile doceri potest docile dicimus, sicuti indocile Seruius quod penitus non potest discere, & indoctū quod nondū didicit. Sed quod attinet ad sensum carminis. Artium inuētio duplicē in se habet rōnem honoris conferēdi ijs q̄ inuenere, nam & ingenium cōmendat auctoris, & beneficiū confert, vbi in mediū deprompta est, quapropter diuini honores non difficulter mortalibus tributi. Docile autem ingenium dicit, q̄a hominis natura ad noscendū apta & nata est, vñ Aristoteles in prima philosophia desiderium sciendi a natura insertū censuit. ¶ Inclyta laudū. Gloriosa & clara honore & laudū nomina & appellatōes. ¶ Cōmenta. non aut vera sed ficta, & commēcia, quæ scilicet hoies ijs q̄bus diximus, p̄stygn̄s allucinati cōstituerint. ¶ Ollis, p̄ illis anthitesifigura dicit, olli p̄ illi, & p̄ tūc ut Seruius notat, frequēterq; ea dictione antiq; vsi sunt, & etiā Vergilius, olli sic breuiter, & iterū, olli subrisit. ¶ Templa, ædes publicas, ut dijs cōsecratas. ¶ Focos, particularia & domestica receptacula, ut dijs penatibus q̄bus domus curā creditā autumabāt. hinc Veste penetralia, cui inextinguibilis ignis pcurabat, hinc lararia illa, vbi particulariū deorū imagines, in q̄bus p̄cipua ponebat fiducia. ¶ Aras, in templis constructas, vbi singuli & interdum plures colebantur dii. ¶ Delusa maligno. Hæc aut pcurabant a diabolo magna solertia, q̄ oraculoꝝ fallacia mirè in modū fatuis illis & miseris gentibus imponebat, easq; adeo diuinitatis opinione excauerat, exoculaueratq; ut in nulla non flagitia facillime traheret. ¶ Dæmone, dæmon vel a scientia d̄r ut notissimū est, vel q̄ placet Eusebio a terrore, ut a s̄s differuimus, diabolus autem απο του διαβουλλειν, quod est calūniari, idq; illi obigit ex prima in primos homines calūnnia, ut scribit Iustinus ph̄is & martyr, eo v̄o q̄ apud homines deum calūniatus fuit, scribit Theodoretus, & eorū principē Sathanan, hebræa lingua dictū apostatā, hoc est desertorē significare. ¶ Falsis vocibus, oraculoꝝ responsis sæpenumero falsis, sp̄ ambiguus. ¶ Orbē attonitū, gētes attonitas. Attonitū dixere grāmatici eum q̄ tonitruī sonitu, & vicini fulminis crepitu, stupefactus est, mirabant aut̄ prisca illi insolitas dæmonū voces, & in stuporem vtēbantur, nam cœperūt fundi oracula, priusq; culta essent ingenia, & philosophiæ studio deterfa, ut est ab Eusebio animaduersum, tum em̄ ignorantia stupidi homines facilius decipiebant. Attonitū item futuroꝝ p̄dictōe, & stupore reꝝ mirabiliū, quæ vel p̄mittebāt, vel minabant, suadebant em̄ deoꝝ pluriū cultum, sacrificia imperabant, idq; ni facerent decretas pœnas, si facerent p̄mia nunciabant, reddita voce de simulachris, de templis, de specubis, de antris, de arboribus, de hoibus furore p̄citis, & hoc pacto ad colēda idola gētes p̄trahebāt, qd̄ nec Marco & Cōmodo Cæsaribus erubuit ingerere ph̄is Athenagoras, dum christianoꝝ legatōne fungeretur καὶ οἱ μὲν περὶ τὰ εἰδωλὰ αὐτοῦς ἐλκόντες οἱ ἀσικνοὲς εἰσιν.

Docile.
Indocilis
Indoctus

Olli.
antithesis

Focos

Dæmon
Diabolus.
Sathan.

Attonit

HYMNVS

Hoies dei habitu. **Facile in sua iura redegit.** hoc pacto in sua iura, quia vt scriptum est. Qui facit peccatum, seruus est peccati, qui diabolo se dedit, eius seruus efficit. indeq; eos in sua desideria, in ea q̄ optabant facinora deducebant, adeo vt sibi etiam sacrificari mandarent humanas victimas, vt apud Strabonem & alios ex gentibus. apud Theodoretū & plerosq; ex nostris videre datur, quin & eo insanię deuenerunt gentes suasu dæmonū, vt uouerent seipsos, aut alios interimere, nec solum hostes, ut est apud Diodorū in. xi. pdentem memorię, conuenisse græcos, qui pro communi libertate contra Xerxem pugnabant, decimam se dñs duros eorum qui ex suis ad Persas defecerāt, si prælio caperent, eam autē auctoritatē praua dæmonia sibi ad

Attonitum flectens facile in sua iura redegit

sciuerant, nacta extimatōem aliquam nimiam diuinitatis ex prænuntiatōe venturi. Nec temere a gentibus in deorum numerū susceptū videas, qui diuinitatē aliquam, præfensionemq; futuroꝝ non præ se tulerit. hinc vt puto miratus Pausanias est, cur Melampodi Amithaonis filio sacra fierent, & quot annis eius festa celebrarent. cum nec per somnia, nec aliquo alio pacto vaticinia redderet. dæmones itaq; præter ea quæ diximus, fuere in causa, vt̄i reges illi præsci colerent, ut ij etiam qui potestate magna, qui corporis robore celebres fuissent, q̄ legibus vrbes fundassent, qui pulchritudine præstitissent pro dñs haberent. Scribit Fabius pictor in aureo illo sæculo principes, quoniam iusti & religionibus dediti essent, & habitos & dictos fuisse deos. & Firmianus in primo aduersus gentes, scribit reges maximos ac potētissimos, & ob adulationem præsentis potentiaę, & ob merita suarum virtutum, aut munerū, aut artium repperarum, in memoriã fuisse consecratos. Cicero quoq; differens de natura deorum, & de legibus, & in Tusculanis disputans, scribit multos beneficijs in cœlum fama & volūtate sublatos, quemadmodū Herculem, Aesculapium, Liberum, Tyndaridas. Idem quoq; canit Horatius, & p̄pterea vt arbitror, non solum Belo vt diximus, sed Oedipo & Laio regibus, & alijs quoq; delubra condita sunt. sic Hercules fortitudine corporis, & Perseus dei existimati. vnde illud Sibyllæ τὸς δὲ ἐπισημῶς ἡρακλῆα καὶ περσεῖα. quæ item alios antiquitate, alios timore, alios artibus deos existimatos asserit multis carminibus, quæ sunt apud Athenagoram, sic Laconum illoꝝ qui in Thermopylis aduersus Xerxem sub Leonida ceciderūt, sepulchrum vocauit altare Symonides poeta multis carminibus, quæ legimus apud Diodorū in vndecimo historiã. Sic Xamolxis legislator pro deo habitus, Herodoto auctore. Apud Scythas quoq; Orestes, ob amicitia cultus, vt Lucianus ait. & apud Tauroscythas, Herodoti testimonio, culta Iphigenia & Helena, ob mirum pulchritudinis decus, credita dea est. si illi ipsi historico, & Isocrati rhetori, & Athenagoræ stamus, eandemq; quoniã diu vixisset, Seruius immortalem nugatus est, & apud Ilienses Hector est pariter deus habitus. Aeaco item duci phanum erectum est. Mario quoq; dum nuncium de Cymbrica victoria Romæ perlatū esset, se porarij honores supra hominē exhibiti. Lacedæmonij Agamennonē coluerunt & Menelaum, ac vt inquit Athenagoras θουοσι αὐτο καὶ εορτα ζουσι, quidq; & Talthybius eius p̄co, diuinos honores obtinuit Smyrnæ. Item delubꝝ Homero poetæ conditū, ut scribit Cicero in orōne pro Archia. & apud Gellū extat Varronis epigramma, quo significat arietem illi in honorē cedi solere, qua forte de causa memorans illū Columella dixit, nec parens eloquentiaę deus ille Mæonius, vastissimis fluminibus eloquentiaę suæ posteritatis studia restinxerat. Prima pars veram est laudem imitata, non græcoꝝ modo, qui principem faciunt Homeroꝝ totius literaturæ, sed Latinoꝝ consensu. nam Victruuius eum non modo parētem poetarū, sed omnis philologiaę ducem appellauerat. Plinius literarū principem. noster Hieronymus, nec semel poetam eloquentissimū nuncupauit, & Iustianus imperator omnis virtutis parentem appellauit. vt Quintilianū & Criticos taceam. Secunda vero vanæ famę & inani rumusculo freta, dei nomine abusa ē. Præter hæc Euchimus pugil, & viuus & mortuus diuinos honores obtinuit, de quo Pausanias Aelianus, Plinius, & Hermolaus, quem citare par est, quoniam locum Plinij docte castigauit, in quo pro pyctā, id est pugili poeta iacebat. Cleomedes itē pugil, Apollinis oraculo iussus haberi, p̄ deo, vt noster prodit Theodoretus & Pyxiodorus cui postea Euangelo nomen fuit, ob marmoris inuentōnem, auctore Victruuio, dei nomine dignas veneratōes obtinuit. Aristeus quoq; ut est colligere apud Pindarū in Pythionicis, pro deo & Apolline ipso desumptus, quoniam mellis, & ut aliqui etiã volunt, olei primus excoctauit vsu, & cōmunem fecit. Hinc vt arbitror Vergilius occasionē sumpsit. Aristeo referē di acceptam artem apum reparandaꝝ, Aristeum autem eundem qui & Iuppiter & Apollo

Chij putauerunt prius vero q̄ Aristei vocabulo nuncuparet, voluit Pindarus & Ionis & Casti Apollinis nomen fortitū. apud interpretes Apollonij modo Castus, modo Apollo, idē Aristeus sed ἄριστος καὶ νομῖος, dicebat idq; etiam non displicuit Hesiodo. alium aut in Libya. ip̄m vero in Cæa dumtaxat primū mellis conficiendi, atq; olei artem inuenisse volunt, quapropter illum, si stamus Seruio, inuocauit Vergilius canens. Et cultor nemorum cui pingua Cæa Tercentū niuei tondent dumeta iuueni. Quattuor vero fuisse Aristeos, Bacchilides auctor est Caristi, Cheronis, Terre, Cyrenis filios. Hic aut p̄ deo cultus est mellis conficiendi peritia. Columella ta-

Hinc Lyciæ sortes, Deli responsa nefastæ

men Aristei & Triptolemi prudentiā in agrorum soliq; motione concelebrat. Phycalus quoq; auctore Pausania, ob fici plantā quam Cereris nuncupat, in Atticā regionem deuectam, diuinos honores obtinuit. & Vergil. ob accepta beneficia Augustum dixit deum in Aegloga prima. Namq; erit ille mihi semp̄ deus, illius aram sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Idq; ab eo dictū p̄pterea voluit Seruius, quoniā viuo illi templa structa fuerant. Et huic ad stipulant illa Horatij carmina, Præsentiq; tibi meritos largimur honores, Iurandasq; tuū p̄ nomen ponimus aras. Idq; ip̄m alijs etiam Romanoꝝ Imperatoribus tributū, sumpto initio ab Augusto, de quo etiam Propertius cecinerat adulando, Arma deus Cæsar dices meditat̄ ad Indos, Sed & Semiramim libidinibus & cædibus immerfam Syri coluere, illiq; Syriæ deæ nomenclaturā fecerunt Athenienses Celenum & Metaniram deos constituerūt. Mauri Iubā coluerunt. Sabini Sabum, Romani Romulū gentis conditores. Macedones Gabyꝝ, Thasi Theagenem, sub quo cædes in olympijs facta. Sami Lyfandꝝ post tot mala, tot cædes deum sibi p̄posuerunt. Siculi Philippū Butacidis. Amathusi Onesi laum. Carthaginenses Amilcarem. Longum esset enumerare singula, sat sit de vno quoq; genere quæpiam tetigisse, ne autē nobis male christianus homo regeret, coli a nobis angelos, & homines post mortē consecratos esse, quos sanctos beatosq; dicimus, scire conuenit primū. Angelos bonos, nō malos dæmones, viros iustos & fœminas castas, non impuros & scelestos, & meretrices in honore habitas, nec horꝝ quemq; a nobis vllō pacto deum credi, qui vnū scilicet deum asserimus, cuius illi ip̄i serui & ministri fuerūt, in cœlum bene actæ vitæ meritis recepti, nec nobis ferūt opē ex se, quod dei est p̄prium, q̄ non pendet ab vllō, verum impetrant nobis ea qua ad deum iūcti sunt amicitia, quod ip̄i criminibus infecti non possemus obtinere, atq; ita nobis vti capite reis patrocinant, nec tamē omnia p̄bent, sed quæ ille ip̄is intermedijs condonare decreuit. vt em̄ Gregorius pontifex scripsit, obtineri nequaq; possunt quæ p̄destinata non sunt, sed quæ sancti viri orando efficiunt, ita p̄destinata sunt ut eorꝝ meritis impetrent, quod etiam apparet in ip̄is ecclesiæ p̄cibus, namq; ad sanctos eas & beatos nō dirigit, nisi ut orent, ut intercedant, ad ip̄m vero deum ut p̄stet, ut largiat ip̄is p̄cibus & meritis sanctorꝝ, quod nomen posterioribus sæculis illis dumtaxat tribuimus, quorꝝ animæ fœlices in cœlis degūt, prioribꝝ v̄o. i. Apostolorꝝ tempe, & multo etiam post, omnibus q̄ ex fide erāt, cōmunefuerat. euenit mox vt ea dumtaxat appellatio iure illi cōgrueret, q̄ ecclesiæ decreto, inter cœlitū numerꝝ essent relati, q̄ etiam honoramus magis, cum credimus eos deo frui, nec eos modo, sed quotquot fide christi & opibus illi congruis ex vita decesserūt, eosq; rediuiuos assumpto corpe in empyreo cœlo omniū extimo, fœlices æternū futuros. Contra illi qui & suos quos coluerūt, afficere sup̄mo honore putabant, si in lacteo circulo collocarēt, quare & Lucanus dixit. Inde Pompeium ridere sui ludibria trunci. & ante illum Marcus Mallius numina heroū in illo reponi cecinit, et mundo frui. An fortes animæ dignataq; numina cælo Corpibus resoluta suis terræq; remissa Huc migrāt ex orbe suumq; habitantia cœlum Aethereos viuunt annos, mundoq; fruuntur. Labeo nugatus est animas deos fieri, p̄ptereaq; deos animales cōmētus est, ad comparēs stellas qui se philosophiæ antisites crediderunt, redire animas voluere. alij alia, sed oibus ijs colligitur nos recte, illos p̄peram fecisse, plures fingendo deos & inter se bellantes & raptos & adulteros, ut eorꝝ ip̄i exemplo similia facinora cōmitterent. Fuit autem in causa mentis vitium, ut prauam religionem susciperent, econtra mentis v̄tute & puritate apti, ad Christi religionem suscipiendam priores euaserunt, nullus deniq; idololatra, non malus, nullus Christi sectator malus, q̄ si plures eo gloriant nomine mali, falso illis appellatio cōuenit, namq; vt ait Athenagoras Οὐδεις χριστιανὸς πονηρὸς εἰ μὴ ὑποκρίνεται τὸν λόγον. ¶ Hinc Lyciæ sortes. Enarrant oracula p̄sertim insigniora, & variæ diuinādi spēs, q̄bus mortales fallaciss-

Lyciæ

HVMNVS

mo dæmonum cōmento circūuenti præcipites ruebant, varīe autem fallebant homines in phanis videlicet per oraculoꝝ consulta, per fœminas furentes, p̄ sacerdotū arreptitioꝝ res p̄sa, per fulgurum præscita, & elementoꝝ aliorum diuinatōnes, sed & p̄ magica complura nūgamenta, & per diuinatōem quoꝝ mortuorum, inferorumꝝ colloquia, de quibus ordinatim agemus, eorum insanias & fallacias ostensuri. Lyciæ autem sortes vatinium erat Apollinis iuxta Clazomænum Asiæ urbem, ibiq; nemus Gryneum, vbi colebat Apollo, dictumꝝ ꝑ oraculum sortes appellatur. Vergilius. Gryneus Apollo Italiæ Lyciæ iussere capescere sortes. Papinius in octauo. Nec Lyciam supplex consultor adibit. nam colebat ibi Apollo magna supstitutione, vnde Pindarus in laudem cuiusdā qui Pythia vicisset certamina, cudes hymnum ad Apollinem conuersus ait. Λυκίε και Αηλοιο αναλωων φοιβε. & Vergilius. Quallis vbi hybernæ Lyciam Xanthiq; fluente Defert, & Delon maternam inuisit Apollo. Sortes autem commune nomen diuinatōis & responsi, ut alias late p̄bauimus, tametsi species etiā sit diuinatōis, quæ in multa findit, vt diximus olim, & infra non nihil memores erimus.

Delos

¶ Deli responsa. Delos insula est maris Aegæi inter cyclades, apprime nobilis, & templo quōdam & oraculo insignis atq; incluta, nunc deserta. in ea gentes fabulis delusæ, autumarūt natum Apollinem & Dianam ex Latona, & hinc vtriq; ex Delo cognomen inditū, eius insulæ laudes olim decantatæ, adeo ut Vergilius in. iij. Georg. dixerit. Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos, eos insinuans cateruatim qui de illa cecinissent, & adhuc in eam insulam hymnus extat Calimachi, quam ipse introducit dicentem ΑΛΛΥΠΕ ΜΕΙΟ ΑΗΛΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ ΜΕ ΚΛΗΣΕΤΑΙ, hoc est, sed ex me Delius Apollo vocabit. Homerus quoꝝ in hymno in Apollinem introducit Delum dicentem, ante Latonæ partum futurꝝ in se templū, ex quo redderentur hominibus oracula. Colebat ibi Apollo, & eius oraculū frequenter adibat, ex Tripode vero dabantur responsa, id est ex trium pedum cathedra, hinc apud Calimachū in eo hymno Τριποδῆος ελεῖ. i. tripus cathedra, quod tamen multis erat oraculis commune. Huic eidem insulæ fuit ante Ortygia nomen, ut pleriq; volunt a cothurnice, quæ græce ορτυξ vocatur, q̄ q̄ etiā apud Strabonem Ortygia est Ionis lucus, & apud Meandrum oppidū Aetoliæ, a quo illi nomen. Homerus autem Ortygiam diuersam facit a Delo, nam in hac Apollinem, in illa insula Dianam natam canit. Την μὲν inquit ille ἐν ορτυγίῃ τὸν Δεκερωνα ἐν Ἰσηλῶ Ortygiam illam de qua supra diximus intelligens, fabulati sunt postea Neptunū & Latonam inter se Delon & Calauriam insulam p̄mutasse, quemadmodū & Pythonem & Tænarum, ex quo postea tractum est puerbium in p̄mutantibus æqualia, & ea quoꝝ sibi ipsi quisq; facit satis. Delon autem obuensis Latonæ, & inde puto Vergiliū dixisse, Delon maternam inuisit Apollo, Neptuno autem Calauriam. Calauria autem insula est ad Myrthoum Pelagus, ad quā exulauit Demosthenes ille Atheniensis orator celeberrimus, fretus securitate asyli Neptuni, quod ibi sacrum erat, nec Antipatri iussu reuulsus a templo, sed hausto veneno sibi ipsi mortem intulit, eam insulam tricenoꝝ vt scribit Strabo, stadioꝝ ambitus, & accentu & diphthongo consuevere veteres a Calauria regione, secernere. hæc em̄ & Calabria & Calauria, illa vero Calabria dicebat. Vocata item Delus præter alia nomina Cynthus & Pelasgia, & Chlamydia, & Zacynthus, & Scythias. Cæterꝝ vt ad Delum & Ortygia reuertamur. Alia est Ortygia quæ idem quod Lybia, vt est apud Stephanū, alia cuius mentio in eo hymno Pindari de quo diximus, certam non esse Græcorū sententiā, cuiam certamini datus sit, in quo scribit, Τηλαυγέσιον ἀνεῆκε ἐν ορτυγίῳ σεφρανοῖς. sup̄ quibus verbis eius enarrator scribit, Ortygiam Cheroneßum in Sicilia esse, q̄ quondam insula mox esset coniuncta Syracusis, in ea q̄ esse Arethusæ fontem voluit Apollini sacrum. Delos autem vocata & Aristotele & alijs auctoribus, quoniam repente dicitur manifestata. Αηλος vero apud nos manifestos, sed Aurel. Macrobi. putat eo ita denominatā, q̄ in ea ortus sit quasi partus luminū qui omnia Αηλα facit, alij q̄ post Ogygium diluuium primo cōspecta, illustrante sole, vt Solinus putauit. Seruius voluit a veritate oraculoꝝ, cum alibi responsa essent obscura, qd̄ & putauit Stephanus, quoniam Αηλος ἢ ἢ τῶ ἄνω εὐρετῶ. Ceterꝝ scribit Plutarchus, Delon montē esse Latonia, p̄pe Tegyrā, ad cuius radices Apollinis olim phanū, sub Enchencrato ad Persicū vsq; bellū vaticinijs claruerit, duosq; iuxta fontes habere Iympidis & amenis aqs̄ fluentes, quorū altero palma, altero oliua ad sua vsq; tempora assisteret, enixamq; ibi Latonam, & postea obiecta apri specie se p̄cipitem dedisse ex alta specula, quæ religiose coleret. declarari hinc facile dat carmen illud Ouidij, duasq; Latona quondam stirpes pariente retentas. Item vsiculi illi Catulliani, hæctenus fortasse non a plerisq; cogniti. Quam mater p̄pe Delia Deposuit oliuam. Cre

Ortygia

Calauria
puerbiū.

Latonæ
partus

debam incognitū hoc plerisq; sed & in Lili Gregorij nostri obseruatōnibus primo, mox et Obserua
in cōmentarijs docti cuiusdam viri idipm obseruatū & enarratū repperi, sed de ipō Latonæ tōes Gre
timore p̄ter ea apud Zezem legimus, olim q; magnū suem Latona conspexit, atq; ΕΠΤΟΚΤΗ gorij. L
hoc est p̄muit, & ob id ΠΤΕΑ vocata est, pariq; pacto & Dianæ & Apollo ΠΤΑΟΣ, qua
re apud Lycophronē Hector vocat̄ filius ΠΤΑΟΥ ΠΑΤΡΟΣ. i. Apollinis, eius em̄ filium fuisse
Hectorē & Stesichorus & Alexander Aetolus cecinere, sed & Homero aduersus est Catullus,

Hinc noti patulo terræ de chasmate cantus,

si oliuam arborem intellexit,
nam hic palmam dixit, qua
re alter vnus arboris, alter al
terius mentōem fecit, ille pro

pe Deliam oliuam. Hic autē αΥΧΩΤΑΤΩ ΦΟΙΒΙΚΟΣ. atq; hinc arbitror sinistrum illum morē
de quo sub obscure meminerūt interpretes Apollonij, deduxisse originem, q; partu laborā
tes cōphendebant eas, quæ sibi adstabant ad leuandos dolores, quæadmodū Latona fece
rat cōphensa palma. Euariet item ab Homero Plutarchus. namq; non ad Delon Laconia
montem peperisse dicit, sed ad Cinthium Κεκλημενη (inquit) Προς μακρον ορος και κιν
θιον ορειον ΑΥΧΩΤΑΤΩ ΦΟΙΒΙΚΟΣ ΥΠΙΟΠΟΙΟ ΡΕΕΤΕΙΟ. Cynthius autē mons Deli, a quo
Cynthio Apollini cognomen, & Inopus eiusdē fluius insulæ, q; eo auget̄ tempore, quo Ni
lus irrigat Aegyptū, p̄pterea ut Zezes prodit, non inconsulte creditū a q̄busdam, vt occultis
meatibus Nili aquis compleat̄, voluit tamen qui de vrbibus & gentibus scripsit Stephanus,
Delon dictam fuisse Cyntham, a Cyntho oceani, indeq; Cynthiū Apollinē nuncupatū. Plu
res tamen consentiunt eandem esse Ortygiam quæ & Delos, fabulamq; celebrant Asteriæ La
tonæ sororis, quæ Iouis amores posa, conuersa sit in ορτυγα & in mari delapsa insula facta
sit, cui & Asteriæ & Ortygiæ nomen fuerit, eamq; nugant̄ cooptam prius vndis & tremulā,
vnde apud Papinium in Thebaide, partuq; ligatam Delon, & apud Lucianū in dialogo Ne
ptuni & Iridis, cui p̄ceptum ait fuisse, ut firmaret̄ in Aegeo, fuisseq; olim a Sicilia reuulsam, eo
autem Latonam venisse postea fabulant̄, quæ non oliuam sed laurē & palmam cū tetigisset
Dianam peperit adiuvento Lucinæ, quæ aduocata sit ex Hypboreis, indeq; & Latonam in
Delon p̄fectam, vt Aristoteles retulit, cuius rei supra naturalem causam assignauimus, cui ut
arbitror, fabulam supstruxere, fabulatores alij commentū sunt. Ortygiam eo dictam insulā,
q; in formam ορτυγος auis Iupiter Latonæ sit commistus, cui delirio alluisse mihi videtur
Lycophron scribens τυμβος γατων ορτυγος πτερουμενης, tametsi non inficiamur il
lud eum expromere potuisse, quod Zezes contendit, ob conuersam Asteriam in auem ορ
τυγα, mox in eiusdem nominis insulam, neq; enim existimanda est huius litis compositio,
quandoq; dem nec p̄banda discussio, nisi forte q; ex collatōe multiplicis vanitatis, insanæ gē
tium commodius patent, quæ non solū in fabulosis cōmentis, sed & in historicis persæpe re
bus coarguunt̄ inter sese, nam p̄ter fabulamenta Ortygos auis, vbinam ip̄a Ortygia, & quot
eius nominis res, non satis constat, nam p̄ter illa quæ hac de re tam varia supra sunt allata, scri
bit Aristonicus, Ortygiam in Epheo esse, videriq; ibi Dianam originē habuisse, quod & Pi
dari enarratori non displicet̄ super illis nemiaci hymni dictōibus. θαλος ορτυγιη λεμυ
ον αρεμιδος. Ibycus quoq; mandauit historiæ, Ortygiam prius insulam fuisse, mox Che
ronesium factam, & Apollini declaratores volūt, primo Delon, mox Asteriam a figura, rur
sus Ortygiam a sorore Latonæ dictam fuisse, sed vide (oro) q; inconstanter, q; delire de sua
falsorū deorū religione differant, & Plutarchus p̄cipue alioquin inter genter grauis auctor, sed
& Homerus etiam ip̄e vbi dixit, in Ortygia Ionæ luco natam Dianam, q; & Orpheus fecit,
& in Delo Apollinem, de ip̄a Latona verba faciens, ptulit duo illa carmina, quæ anteam di
ximus. ¶ Nefastæ. Tum ob falsam religionem, tum ex insano quopiam & detestando cultu,
nam p̄currentes & flagellis aram cedebant, & oliuam mordicus attentabant. Nefastus autem
eo dicit̄ q; ne dignus sit fari, & dies nefasti apud gentes, in qbus tria illa v̄ba, do, dico, addico,
p̄ferri vetebant̄, ut apud Ouidiū in fastis inde vident̄ emersisse. Liuius Numam fastos dies &
nefastos statuisse scribit, q; vtile futurū esset aliqñ nihil agi cū populo. Nefastos autē dies, Gelli
us improbat appellari a vulgo religiosos, in qs & diuina & res nouæ fieri vetebant̄, auctore
Cicerone, nam religiosus ut auctor est Nigidius, nūcupabat̄ q; nimis religioni & supstitōi sese
alligabat, in bonam p̄tem a nostris nūc religiosus sumit, vtpote q; apprime vacet religioni, religiosus
de qua & eius origine, multa in libris de rerū p̄notōe diseruimus. ¶ Hinc noti patulo. De ora
culo Delphico dicimus, in quo Pythia fœmina p̄sidebat, quæ in Holmo sedens tripodis va

Cynthius
Inopus.

Asteriæ

Nefastus

religiosus

HYMNVS

Chasma. tacinabatur, ex terræ aut chasmate, hoc est hiatu & apertura vox personabat quod aut nos chaos dicimus, Græci chasma, nec in terræ modo hiatu, sed etiam in aeris desidente spacio. Seneca idipsum usurpat in primo questionum naturalium cum ait, sunt chasmata cum aliquod cœli spatium desidet, & flamma velut dehisces in abdito oscitat, & Plinius in .ij. fit cœli ipsius hiatus, vocant chasma, in euangelica lectione græce Abraamus diuiti epuloni respondens ait, μετὰ τὸν ἡμῶν καὶ ἡμῶν χάσμα μέγα ἐστὶν ἵκται. latine legimus, inter nos & vos magnū chaos firmatū est, tamen etiam chaos

Græci dicant, ut apud Orpheum & alios, proprie aut chasma apertura & hiatus nomine declarare possumus, in Delphis itaque ex ea apertura mittebat vox, cuius meminit Strabo, Cicero, alij, & in legibus ciuilibus titulo de censibus, chasmatis mentio fit, & quo pacto releuari portio deceat, quæ chasmate perierit, & apud Ammianum Marcellinum chasmaticus terremotus nominat. ¶ Notū quoniam celebre ad Pythiæ vaticinium in Delphis positū existimabat. ¶ Et tripodes. Phœbi videlicet coronati lauro, multa autem per terrarum orbem dispersa illius oracula tripodum ministerio dabant. per tripodes item Verg. Apollinis oraculum designauit ad Helenum, & Pindarus quoque teneri vatis oraculum, a quo tenericus campus apud Thebas tripodum nomine significauit παραμελίαν (inquit) χερσέων εἰς αὐτὸν τριπόδων θεσσαλέων. Melia vero Ismenis soror Teneri mater thesaurum vero dictū a Pindaro scribit interpret, quoniam propelsme num fluuiū multi erant tripodes. Vsum autem tripode Apollinē, commentator Aristophanis perdit, propter tria tempora, presentia videlicet, preterita & futura, habuisse vero primo illum ferunt ex piscatoribus quibusdam Milesijs, longa quadam ambage, ut ab eo & Diogene late explicat. quod non omnino consona. Aduertendū autem multa genera tripodum fuisse, nam & cathedra illa Pythiæ tripus dicebat, & tripodes etiam sunt quorū in coquinis frequens usus, ad ornatū etiam tripodum suspendebant in templis. Vnde Eustathius super illis Homeri & bis nono Iliados, ἐπὶ τὰ πύργους τριπόδων scribit, quod alij ἐμπυρεϊστὰι. sunt quos αἰθροὺς etiam dici posse vult, alij quod in domibus & templis ad ornatū dumtaxat, non autem ad vsum appenderent. ¶ Laurus, erat laurus arbor quæ sacra dicebat Phœbo, fabulante græcia captū illū eius amore, quæ filia fuisset Ladonis fluuij, ut græci multi & latinus Seruius, alij Penei, ut Ouidius in primo, & in arborem & sacra, prebuerit ipsi amator coronas ex propria fronde gestandas, quæ æternū in templis suspendent. ipsi quoque vaticibus & predictioribus futurorum, coronæ erant ex lauro, siue quod semper vireat arbor, & pellendis malis efficax habeat, siue ad indicandā firmitatē & comoditatē predictiorum. adde quod græcis quibusdam antiquis vulgatum ueris omnij ad stipulari lauri frondes, quæ suppositæ cubanti fuissent, ut alia fabulamenta reticē, quæ Tibullus, quæ Propertius, quæ Theocritus, quæ Lucretius perducunt, & quæ insanus ille Porphyrius repetit, solitos videlicet antiquos ex lauro diuinare, quā illi cecinerunt, & bona signa crepitu dare, & adustam tacere extincto foco, sed & nugati sunt vates Apollinis comesta lauro diuinasse, vnde & ἀφ' ἡμετέρων dicebatur, quæ de causa nunc de lauro meminimus, illudque Tibulli carmen ex eis quæ diximus, intellegi facile potest. Vera cano sic usque sacras innoxia laurus vescat, & illud item Iuuenalis, Laurumque momordit, cuius etiam gustu Hesiodum poetā factū, Græcia perdidit, & hinc etiam num illud fortasse Claudiani, ventura per scia laurus. ¶ Quercus. Afferunt aliqua Iouis oracula, id autem quod ex quercu illius nomine dabat, antiquissimum fuit Nam scribit Homerus Ulyssē dissimulata persona Dodonēiuisse, ut ex quercu Iouis consilium audiret, ad quā cōuentus frequens erat, vnde apud Papiniū (ut opinor) scriptū est, atque Molossi quercus anhela Iouis, s. ex multitudine interrogantū & graui spū. Huius autem initium oraculi Proxeno auctore, tale est a nobis ad verbum ita cōuersum. Domitius inquit, exquirebat oues perditas ex oraculo, & quercus ipsa voces emisit, & quæ habuisset indicauit, hic ille (ut arbitror) Proxenus quod diu in honore apud Persarum regem Dariū vixit, magna Xenophonti amicitia coniunctus. Non absimili certe principio Pythi oraculi traditū initium, ut in libro de prenotate quarto recitauimus, & sane conueniens dæmoni visum, ut insanias istas referret in pecora. Dodona autem vrbs in Thessalia, & in Thesproto quoque eiusdem nominis alia, auctore Philoxeno, in Epiro Molossam urbem Dodona primū Stephanus notauit, vnde & Dodoneus Iuppiter, & apud illum de hac re nonnulla legunt, quodque nomen ipsum tractū est, vel ab Oceania nympha cognomine, vel a Dodone Iouis & Europæ filio, vel a Dodono fluuio. ¶ Cortina. Cortina locus vnde oraculum dat, a corde tractū nomen, ut Varroni placuit, Serui, duobus id locis interpretat, dicit autem vel quod vatis cor tē

Et tripodes, laurus, quercus, cortina, columbe

**Tenerū
oraculū
Tripodum.
Phœbi.**

Laurus

**Dodone
quercus**

Cortina.

HYMNVS

carunt, ingentibus poculis vsus, ideoque poetas finxisse illum eiusmodi vasis æquo: a transi-
uisse, idque arbitror subindicatū obscure carminibus Dionysij, cuius interpres Eustathius si A-
thenensium vidisset, reponere, & in eum & in alios quos enarrandos suscepit auctores, plurima ea-
demque præclara atque reconducenda potuisset, ut Latinos taceam, qui de Erythæ stabulis differue-
runt, sententiæ quoque Athenæi suffragari duo carmina mihi videntur ex epigrammate Dioti-
mi, qui de Hercule & de Anthæo canens ait, non contendisse illos per æreo lebetes, sed quisnam

eorum victurus esset, quasi di-
ceret, non vini sed vitæ certa-
men erat & necis, ita ille Κε-
ται δε σφινάγων ου χαλ-

Hinc templo Oropi feruens Bœotia pubes

puerbiū.
Aes Do-
doneum

κεον ου αντι λεβητος, ΑΛΛ ΟΣΤΙΣ Ξεων οισεται η θανατον. lebetis autem murmu-
ra nos eo diximus, quod non clara voce sed strepitu lebetum ministerio oracula redderentur.
vnde tractum est puerbium, æris Dodonei, ad eos qui parum loquerentur, quo vsus Menæ-
drum fuisse scribit Suidas, & alij, vnde miræ est nonnullos dixisse referri id adagij debere ad
loquaces, ipsius enim auctoris, & eorum qui eum secuti, verba hæc sunt. Αωωνωνιον χαλκον
επι των μικρολογωντων, potuerunt tamen occasionem dare illis ita dicendi Philostrati ver-
ba, in secundo imaginum libro, quorum hæc summa χαλκον. Ioui in Dodone suspendi,
idque in multam diem edere sonitum, nec vntque silere quoad dum illud quispiam præhenderit

Murmur
Heterocli-
tum.

potuerunt, & verba Stephani qui de Dodone loquens ait. Αωωνωνιον χαλκον επι των
πολλα λαλοντων, siue pauca igitur, siue magna fuerunt murmura, dubio pcul erant, mur-
mur autem heterocliton est, nã singulari numero interdum effertur masculino genere. ¶ Multum cele-
brata, ab Herodoto qui Thesprotij cuiusdam oraculi amplam mentem fecit, a Vergilio qui
et Dodonei lebetes decantati, cuius sensum iuniores multo acutius quam veteres (ut arbitror)
intellexerunt, ab Aufonio quoque sub nomine peluuii & aheni, scribit enim, nec Dodonæi cessat
tinnitus aheni In numerum quoties radijs ferientibus etæ Respondent dociles moderato ver-
bere pelues, quæ quidem carmina a docto quodam viro, cuius supra meminimus, exponuntur
aliter, atque ego declaranda censeo, existimauit enim solaribus radijs illustratum ahenum crepita-
re, quemadmodum de Memnonis statua late differemus, sed certe insonare lebetes radio & solis
repulsu nullibi ut puto inuenimus. Nec in Dodone vllum huiusmodi ex solari lumine crepi-
tus mentionem factam legimus, nec verba poetæ Aufonij eo videntur posse commode refer-
ri, nam verberis moderati mentionem fecit, docilis quoque vocabulo est vsus, certe radijs hoc
est virgis intelligendum, vnde illud Vergilij, Describent radio & surgentia sydera dicent, & in
Aegloga tertia. In medio duo signa conon, & quod fuit alter Descripsit radio totum qui gentibus
orbem, eo radio cedebant lebetes, quod & a docto quodam nostræ pariter tempestatis iuue-
ne videtur aduersum, id autem quomodo fieret ex collectaneis Suidæ licet cognoscere, scribit
enim vaticinium quod erat in Dodone constasse ex lebetibus, qui in circulo dispositi essent, ita ut in-
uicem tangerentur, qua de re vno percussio, reliqua ex successu personabant. Aristoteles vero figmen-
tum redarguere conatus, affirmauit duas fuisse columnas, in quarum altera lebes esset, in altera puer
tenens flagellum, cuius lora ærea vento commota lebetem pulsarent & sonitum ederent. Ste-
phanus item insonari lebetem putauit, vel verberelori, vel vento & vi murmura. ¶ Suadebat
fastus. Quoniam multi oraculum illud Dodoneum & Thesprotium adibant, cupidi honoris
& gloriæ, signanter autem propter Pyrrhum Epirotarum regem dictum est, & propter Periandrum
Corinthium, qui quodam habito responso ab oraculo Thesproti ad Acherontem omnes Co-
rinthias mulieres spoliavit, & eorum vestes Melissæ defunctæ vxoris gratia, concremauit. ¶ Hinc

Oropus.

templo Oropi. Apud Oropum quæ Bœotiarum vrbs est, ut omnes quos vntque legi decernunt, tamen apud
Strabonem libro primo dicitur, ομβρινη κρησις πολλακις περι χωριον τινων κωσπτερ
αργυροισ μεν προι λακεδαίμονιοισ περι θυραϊας αθηναιοισ δε και βοιωτοιισ περι ωρεω
πον, contingit ut sæpenumero de locis quibusdam iudicium fiat, quemadmodum Argiuis quædam
& Lacedæmonijs de Thyrea, Atheniensibus autem & Bœotijs de Oropo, & iterum περι θυραϊων
και ωρεωπου πολεμοι δια τας των ορων αγνοιας de Thyreis & Oropo bella obfi-

Amphia-
rai oracu-
lum

num inscitiam, apud hanc urbem & templum & oraculum fuit Amphiarai, de quo Theodorus
tus nonnulla plura Pausanias in Attica eundem Amphiarai præesse phanis & sacris Bœo-
tiæ creditum est, ut Apuleius meminit, erat autem vates Amphiarai, atque etiam ut Pindari scri-
psit interpres οιδωνισης, id est augur, & ut Philostratus in eius imagine σοφος εν πανσοφο-
ισ, in templo dictum, quoniam in templo dormiebant, qui poscebat oracula.

¶ Consuluit manes. Manes vatis periphraſis eſt Amphiarai ſed & macrologia dici pōt, quā Macroſcaurus definiuit, pductam longa deſcriptōe ſententiā. conſulo accuſandi caſui iūctum, idē logia eſt quod petere conſiliū, idem quod præbere, ſi datiuo neſtatur. Manes animę corporibus ſu Conſulo pſites a gentibus vocabantur, eo q̄ manū bonum dicebant, vel eo q̄ manarent ab inferis Manes ad ſuperos, auctores Feſtus, alij ab auguribus. item dij manes dicebant, q̄ per eos omnia manare credebant. Manes autem dictos Lucretius voluit, quoniā damnati æterna apud inferos

pœna p̄manant. Cæſorinus autem de die natali, & in libro de deo Socratis, Apuleius & alij, alię nomē deduxere. ¶ Va Amphiarai q̄ & carmie edi raus. ta interpretabantur oracula, vt

**Conſuluit manes vatis, quē rupta dehifcens
Immenſum tellus curſu dum lora ſecundo**

Gnoſius Iophon memoriae prodidit, & interpretandorum ſomniorū laude precellebat, cuiusq̄ porta ſomniorū erat vt fabulat Philoſtratus, quod nos vates dicimus *μαντις* apud græcos a furore dicti ſunt, ijdemq̄ auctore polluce *Ιερος νεωκοροι ζακοροι προφηται υποφηται αυται τελεσαι ιερονεγοι καταρτα θεομαντις χρημοδοι χρησμολογοι χρησμοδοται παναγεισ πυρφοροι υπηρεται θεονεγοι θυηπολοι.* ¶ Quem rupta dehifcens, hunc Thebis fugientem, terræ hiatu abſorptū dicit, defuncto Oropij diuinos honores primi inſtituere, auctore Pauſania. tumq̄ futurore eum p̄ ſomnia cognitōem conſtituiſſe perhibent. ſcribit tamen Maximus Valerius vniuerſam græciam ad illum decorandū incubuiſſe, & in formam conditōemq̄ templi redegiſſe locum in quo humatus eſt, atq̄ vt inde miracula caperentur inſtituiſſe, cuiusq̄ cineres idem poſſidere honoris, quod Pythicæ cortinæ, quod aheno Dodonæ, quod Ammonis fonti præſtari conſueuerat, vt hinc varia etiam & inconſtans gentium hiſtoria depræhendaſ. hic em̄ vniuerſæ Græciæ conſenſum Amphiarai diuinos nos tribuiſſe honores affirmat, ille ab Oropijs illos ipſos excogitatos & inſtitutos decernit, ſed & viuum alij ad infera deſcendiſſe conueniunt, hic humatum aſſeuerat, & cineres magno honore habitos contendit. ¶ Curſu dum lora ſecundo. Nec vates enim ſolum, ſed etiam dux Amphiarus erat apud omnes qui Thebaida ſcripſerunt, atq̄ hinc apud Papinium rex fatidicus appellatus. Talia fatidico peragunt ſolennia regi, quin & præcellens inter lyricos poetas Thebanus Pindarus in olympico Ageſiæ hymno, introducit Adraſtum Amphiarai occaſum lamentabiliter conquerentē, dicentemq̄ ſe deſiderare ſui oculum exercitus, cum & bonus eſſet vates & præliator, verba illius græce hæc ſunt. *Ποθεω στρατιας οφθαλμον εμασ αμφοτερον μαντιν ταγαθον και δουρι μαχνασθασι.* tum enim arma, & imperia, & literæ ac ſapientia plurimum coniuſta erāt, antea quoq̄ & multis etiam poſt ſæculis, apud diuerſas gentes atque prouincias id viguit, nam vt Hebræos taceam, Moſem videlicet doctiſſimum virum, & fortiſſimum ducem, atque prophetam ſantiſſimū, Abraamum quoq̄ & multos, ad Dauidem vſq̄ & Solomonem, apud Perſas certe idem & reges, qui & ſapientes fuere, apud Aegyptios vtrumq̄ adiecto etiam ſacerdotio, vnde illi contigit appellatio termaximi, apud Græcos Pericles & Pithacus ſapientia cognomento illuſtres, populis imperitarunt. Apud Lacedæmonios multi & armis ſimul & ſapientia conſpicui floruerunt, apud Athenienſes multo plures. Tucydides & dux exercitus, & ſcriptor hiſtorię, Socrates ipſe quem philoſophiæ parentem dixerunt, ter in exercitu militauit, ſi Platonem credere volumus, quem tamen hac in re mendacię reum legimus, apud Athenæum Alcæus & lyricus poeta & dux exercitus fuit, atq̄ & Dioſcorides, a quo ſimplicia medicamenta ſumpſit vniuerſa poſteritas, vir militaris fuit. Alexander Macedo in ſtudijs literarū & armorū æque polluit, adeoq̄ literarum prætulit gloriam, vt illis magis ſe præcellere, q̄ armis cuperet, atque ita ad Ariſtotelem ſcribens teſtatum reliquit. Dionyſius Siciliae Tyrannus, in poematis cudēdis ꝑ̄fabatur, adeo vt in illis quamq̄ penitus non probarentur, maiorem ſibi gloriam quaereret, q̄ q̄ res cum Carthaginenſibus, quibus cum bellauerat, recte composuiſſet, vt late ſcribit Diodorus in quinto decimo libro bibliothecæ, cuius inter plurima hæc verba ſunt. *καυχατο πολυμυλλον επι τοις ποιμησι κτοις ενπολεμω κατορθωμενοις.* de latinis autem ſi mentionem faciamus, nō minus linguæ q̄. R.P. latinæ fuiſſe principem Iulium Cæſarem aduertemus, idem hiſtoricus, idem poeta, idem orator eloquētiſſimus, idē Impator fortiſſimus, idē p̄ſifex maximus, ſub q̄ & Saluſtius q̄q̄ Romanæ princeps hiſtorię, ſtipēdia meruit. Octauius Auguſtus, maxima potētia & eleganti doctriina floruit, c̄tepeſtate Gallus poeta ꝑ̄fuit Aegypto

Lfæ & arma apud antiq̄s iūctā.

HYMNVS

& aduersus Arabes exercitū duxit, ita Strabo mandauit memoriae. sub eodem principe Augusto, scribit de se Horatius poeta. Nunc quia Mæcenas tibi sim conuictor at olim Quod mihi pareret legio Romana tribuno. sed nec illud p̄tereundum, q̄ Athenagoras philosophus Atheniensis, christiano & causam apud Marcum Cæsare & Commodū agens, hac legatōnis suæ inscriptione usus sit ἀθηναγορου ἀθηναίου φιλοσοφου χριστιανου πρεσβεια περι χριστιανων αυτοκρατορσι μαρκω αυρηλιω και αυρηλιω κομμοδω αρεμενιακιοις σαρηματι κοιοι ρ δε μεγαισον φιλοσοφοιοι. Latine ad verbum Athenagoræ Atheniensis philosophi christiani legatio imperatoribus Marco Aurelio Antonio, & Aurelio Cōmodo

**Mandat eqs, rapuit, stygiasq; imisit ad umbras
Armatū, & rubro madefactū sanguine vestes,**

Nota hic

Armeniaticis, Sarmaticis, quod autem maximū philosophis. Cognouit utiq; tam doctus q̄ facundus homo, maioris esse gloriae philosophi nomen, q̄ usurpatum a deuictis Armenis & Sarmatis cognomentū, idq; etiam illis gratius esse iure debere, ad quos verba faciebat, cupiebatq; sibi prius eos conciliare honesta nuncupatōe philosophi. Gratissimumq; docti nomen Honorio & Arcadio fuit, adeo ut in base statuæ quam Claudiano & poetæ & tribuno erexerūt, in foro Traiani petēte senatu, gauderēt inscribi foelicissimi & doctissimi Imperatores, & de Imperatorē altero cecinit Ausonius. Phœbe potēs numeris p̄ses Tritonia bellis, Tu q; ab acrio p̄pes victoria lapsu Come serenatā duplici diademate frontē. & Papinius antea alij Imperatori blādies. At tu quē lōge primū stupet Itala y tus Graiaq; cui geminæ florēt uatūq; ducū q; Certatim laurus olim dolet altera uinci. Nec nō Setinus Flaccus. Namq; potes solymo nigrantē puluere fratē. Itidē de eodē sapius. V. Martialis. Nec ab hac re videt̄ abhorrere qd̄ in Vopiscii legit̄ monumentis, positā a senatu fuisse Numeriano Cæsari statuā, in Vlpia bibliotheca tali inscriptōe. Numeriano Cæsari oratori, t̄pibus suis potētissimo, existimarūt illi oratoris nomē imperatorio p̄stare, & pariter existimarūt appellatōem ip̄am imperatori cui seruiebant, gratiorē futurā. Multos p̄tereo & doctos imperatores, & p̄stantes armis viros, cultores literarū (neq; enim id est propositi operis argumētum) Sed nō absurde fuerit citasse paucos, quoniam am mōstrōsa hæc opinio, mētes plurimorū iuuasit, hac tēpestate esse nō posse quemq; & armis simul & lris p̄cellentē, atq; optimates viros & principes, vt arma decēt, ita lras & philosophiā ip̄am, atq; sacra dogmata dedecere, q̄ nesciri etiā posse putāt ignari, ab hoīe q̄ humaniores lras pdidicerit, quod falsum esse nō solū prioribus sæculis, sed nostra tēpestate multorū exemplo, monstratū est, q̄ & poetæ simul & oratores, & philosophi & theologi fuere, quæ res non in tātam demiratōem rude vulgus p̄duceret, si qcunq; liberalium artū se magistros p̄fiterent̄, primam saltem hoc est grammaticā fideliter tenerēt, nam plurimi logica disciplina vel de longinquo salutata, si ciuiles leges non adueant, ad summis labijs gustandam physicen aduolant, vt medicinae operam nauent, parum aut scī, aut memores, male sese habituros eos, quibus aut consulunt legibus, aut medentur antidotis, ni illa ipsa teneant, quibus pollebant magni illi viri, quorum se profitentur sectatores. Aristoteles enim qui & de medicina p̄cepit, & amicis etiam ægrotantibus opem attulit, si Philopono credimus & alijs, vniuersam philosophiam non modo tenuit, sed & Græciam & Latium edocuit, idem rhetorice atq; poetice multas libris explicuit, historias compilauit, carmina cudit. Hippocrates eloquentia celebris habitus, Galenus per omnes disciplinas euagatus est. Auicenna & Auerrois Arabes, summi philosophi habiti sunt, ipsi quoque iure consulti prisca, & lingua & pectore ualebant. Sed redeamus vnde diuertimus, non incessendī gratia, sed monendī ignaros, ne doctos & omnimodæ literaturæ amatores aspernentur. itaque ad Amphiaraum reuertamur, qui dux exercitus & vates apud omnes est habitus, hunc dum curru ueheretur in bello, terra hians absorbit. ¶ Rapuit stygiasq; imisit ad umbras armatum. Nam viuus & armatus perijt dehiscente campo, de quo sic Papinius poetice differit. Horror habet cūctos stygijs mirantē in oris. Arma & equos corpusq; nouū, neq; em̄ ignib; atris Cōditus, aut mœsta niger ad uētabat ab vna. Sed belli sudore calēs, clypeūq; cruētis Roribus, & scissi respus puluere cāpi. Cur autē cāpus voragine oborta, currus & equos cū bellatore p̄cipitauerit, varij varia. Papinius idē causam refert incertā, vel vento rē impetus, vel putridi solī, vel cœli machinē incūbētis, vel aq̄, vel pdigij. Pidarus fulmi retulit acceptū, canēs Iouē fulmie terrā scidisse i hūc modū. ὁ δὲ ἀπὸ φιλῶντος χριστιανὸν κερκυρῶν θαλασσίαν ἔφυστον βαρυσεργῶν χθονα, & in alio hymno

cecinit suscepisse in Thebis terram Iouis p[er]cussam iaculis vatem Oeclidem belli nebulam. γὰρ
ια ΔΕΥ ΘΗΒΑΙΩΣ ΥΠΕΛΕΚΤΟ ΚΕΡΑΥΝΩ ΘΗΣΑ ΔΙΩΣ ΒΕΛΕΣΙ ΜΑΝΤ.Υ ΟΙΚΛΗΘΑΝ ΠΟΛΕΜΟΙΟ ΝΕ
φοσ, fugiendo illum perisse bis, retulit & consensit Philostratus in imaginibus, q[ui] illum p[er]in-
xit coronatū & redemitū lauru, fugere magno rotarum impetu albis equis, quorū naribus
efflareī spiritus, quorū spuma terra maderet, & similia quæ non Amphiarai simulachro pin-
gendo, sed colorandæ linguæ suæ cōuenire videbant. ¶ Secius haud Mopsi manes. Mopsus

Mopsus:
Amphi-
lochus.

Et rapidos multo conspersum puluere currus
Secius haud Mopsi manes Argiua iuuentus,
Amphilochi aut mōitus adiit malefana nefastos
Sic Nerei & Glauci sortes, sic Protea vanum

& Amphilocho, ut Cicer. ait, reges & augures Argiuorū fuere. alius tamen Mopsus Ampyci & Cloridis filius, argonautis annumerat quin habitus est, ut iterpres Pindari scribit. ΜΑΝΤΙΚΩΤΑΤΟΣ ΘΕΥΟΥΣΙ ΤΕ ΚΑΙ ΚΛΗΡΟΙΣ ΜΑΝΤΕΥΟΜΕ

vos. id est a iuibus & sortibus vaticinia fundens, præter hunc & Idmone, & Amphiarao vati-
bus vsos argonautas memoria prodidit. Mopsus autē alius Apollinis & Manthus celebra-
Amphilocho ara Athenis structa, Amphilocho q[ui]q[ue] oraculū qd' in Melo Cilicię Pausanias ve-
rissimū autumauit, quod irrisit Lucianus, ut supra meminimus. Amphilocho & Mopsi men-
tio apud Theodoretū, scribitq[ue] Zezes Mopsus Apollinis & Tyresia, & Amphilocho Am-
phiarai & Eriphyles filium, vates fuisse & canes Apollinis, p[ro]pterea nuncupatos a Lycophro-
ne, amboq[ue] in Ciliciam post desolatū Iliion iuisse, mox Amphilocho Inargos secessuro Mo-
pso, regnum & sacerdotiū tradidisse, quoad ipse reuertereī, reuerso Mopsus regno cedere
ut promiserat abnuisse, ex quo bellū & mutuam cædem obortā, post mortē inter vtriusq[ue] se-
pulchra, turrim ab incolis exædificatā, ne vt ait Euphorion, alter alteri cōmunicaret, nonnul-
lis placuit Amphilocho iuisse post Mopsus in Ciliciam. Apollodorus autē censuit Am-
philocho Alchmeonis vltimo per hyemem ad Troiam militasse, & cū Mopso de regno
certasse, mutuoq[ue] concidisse. Creditum & quibusdam Argos quod Amphilocho dicitur,
Acharnanis proximū, ab Amphilocho fuisse habitatum, quæ vrbs olim regnata ab illo, cui
ius filia Antonio patruo meo nupsit. Mopsi quoq[ue] & Amphilocho mentio apud Eustathiū,
quorum vaticinio inditum sit nomen Mallo vrbi Cilicię, dictum autem q[ui] Argiua iuuen-
tus adiit Mopsi & Amphilocho oraculū, quoniam reges Argiuorū vt diximus, fuere. Dicit
autem iuuentus, & iuuentas, & iuuenta. Iuuentas pro dea gentibus posita. Iuuentus multitudi-
nem iuuenum significare pditum est. Iuuenta ætas est, sed a poetis confusa reperiunt, qua de
re Seruius & alij. ¶ Sic Nerei & Glauci, Nerei syneresis est. nam & e. & i. in vnam vocalem cō-
currunt, ut Aiakis Oilei, & fata gemēs Itylei. sed q[ui] attinet ad rem ipsam & sensum carminis, nō
contenti deorū cultores terrestribus diuinatōibus & aerijs, maritimas etiam inuexerunt Nerei
Protei, & ipsius Glauci, siq[ui]dem Nereus & Triton vaticinari crediti, sic Proteus quē Vanū ap-
pellauimus, ob multiplices & incōstantes formas q[ui]bus a poetis introducitur & ambiguus nun-
cupat ab Ouidio canēte. Proteusq[ue] ambiguū. Protei quattuor apud Xenophontē, sed hic de
quo loquitur Aegyptius, de cuius vaticinijs Homerus in Odyssæa, & in Ceor. Verg. & alij me-
minere, q[ui] nos in. iij. de p[ro]notō lib. sub p[ro]stignj vanitate cōfutauimus, quo solebāt gētes deludi,
& p[ro]pter Proteum, Thetidis etiam trāsformatōes canūt Pindarus, Sophocles & Ouidius. Pro-
teum Aegyptij regem fuisse, q[ui] ob multarū disciplinarū peritiā, in varias vti formas diceret.
Diodorus est author. Memini apud nōnullos græcorū legisse me, Proteū Neptuni creditū fili-
um, in Phalagrā Pallenes ex Aegypto venisse, & Toronē vxorē duxisse, ex q[ui] Tmolū & Re-
legonū susceperit, trucidatores hospitū, & ab Hercule postmodū interfectos, mœrore autē ani-
mi ductū Proteū ob filiorū maleficia, in specū se Pallenes p[re]cipitasse, sed & audita filiorū mor-
te, neq[ue] risisse, neq[ue] flesse illū dicit, alterq[ue] phibente natura, alterq[ue] suadēte rōne, ex subterraneo q[ui]
q[ui] specu rediisse in Aegyptū, ex Pallene Neptuni parentis opa nugant, ut hinc facile castiget,
quæ in uersa legunt librariores (vt arbitror) vitio de Protei filijs apud Domitiū. Varie autem
de illius principatu relata sunt, nam tenuit Macedoniā & Aegyptum, & Capreas etiam vt Sy-
lius voluit, sunt qui velint Proteum physice aerem esse, inter quos græcus enarrator Arati, q[ui]
dicit propterea illum apud Homerum in aquam & ignem conuerti solere. Videtur mihi Or-
pheus in eius ipsius hymno, putasse Proteum eam mentem, a qua Platonici volunt formas
desluere, nam dicit eum clauas habere maris, quod generatōem rerum apud illos significat, &

Idmon:

Iuuentus
Iuuenta
Proteus.
Syneresis

HYMNVS

Alexa
menes

Glauci q̄t

Glaucus
Minois

postea subiūgit eum multiformibus ideis p̄mutare materiā. Sed & illud aduertēdum tibi cre-
ditum plurimis ideas in Platonem philosophū vt in auctorem debere referri, sed eas Alexa-
meni Teio Nicias & Soterion apud Athenæum acceptas retulere. Alexamenes item dialo-
gos ante Platonem scripsit, auctore Aristotele de poetis differente. Sed reuertamur ad Prote-
um, qui dictus p̄terea, p̄sentia & futura nosse, quod Homerus etiam, & eum secutus Vergilius
cecinit. Hominē quoq; p̄ Proteum significari Asclepius Atheniēsis voluit, quod Ioannes Pi-
cus Patruus adnotauit, sed nec p̄pter hęc dumtaxat Protei vaticinia eius habitā a nobis men-
tionem existimare velim, sed p̄pter illius etiam Protei, de quo v̄ba facit Athenagoras in le-
gatōe p̄ christianis, qui Proteus p̄ deo cultus est, & se in ignem p̄nciens, statuas obtinuit, & va-
ticia fudit. Plures autem Glauci nomine vocati, nō duo ut Domitius voluit, vnus Sisyphi
filius, quem ab equis fabulæ ferūt deuorātū, eo autem id emeruisse mendaciū Palephatus scri-
bit, q̄ equos aleret magnis expensis, domesticoꝝ negligens, vnde ab equis cōsumptum p̄di-
dere, pariq; pacto de Diomedis equis humana carne vescētibus, arbitrat̄ irridēs fabulam
γὰρ ζῶον τὸν τοκεῖον καὶ χορτῶ καεται καλλὸν ἢ κρεῖσσι ἀνθρώπινοις. quoniā in
quit hoc animal ordeo magis & fœno, q̄ humanis carnibus delectat̄. Ab equabus discerptū
Glaucū scribit̄ ab alijs, qui furore bestijs immisso dilaniatū illum voluerūt, quoniā eas videli-
cet cohiberet a coitu, ut essent velociores, & ita Seruius illa Vergilij carmina exposuit. Scilicet
ante omnes furor est insignis equarū. Et mentē venus ip̄a dedit, quo tempe Glauci Potniades
malis membra absumpsere quadrigæ. alius fuit Glaucus Minois filius, cuius etiam fabulā ad
historiā Palæphatus deduxit, q̄ mellis potu p̄turbatus, sanitati pristinae redditus fuerit, poly-
dos herbæ cuiusdam remedio, quæ a medico cui nomē Draco habita fuerat, hunc tamē alijs
sanatū, alijs suscitātū ab Aesculapio p̄didere, qua de re in operis p̄gressu multa. Est & Glaucus
pugil apud Pausaniā & Sudam, est & Glaucus sinus Lyciæ apud Strabonē, & eius dē noīs flu-
uius apud Pliniū, sed hic de quo intelligimus is est Glaucus, q̄ dicebat̄ herba quapiā degustata
immortalis factus, & in mari degere, hic autem patriā habuit & patrem Anthedonē in Bœo-
tia, nam & aliud eius nominis oppidū in Idumea, auctore Plinio. Re vera vt Palæphatus ait,
piscator fuit, q̄ marina fera ictus perierit, quo ex Pelago non surgēte, fabulati sunt marinū de-
giones cœlũ partiebantur, habitũ quoque Romanis in p̄cio Hetrusci fulguratores, que. s. expiantur,
& procurant fulmina. ¶ Nec non cõspectæ. Post fulminũ vanas p̄sensiones, ille quas de ele-
mētis trahabant diuinatões consequuntur, in fulmine plura cõueniebant simul, vtpote que aliqui-
bus id conflatur elemētis, aere, igne, & humore illo sursum ptracto, primo itaque de compositis,
mox de simplicibus vba fiunt. ¶ Liquidum p inane figuræ. Aeromantia designat, que de figuris
quebusdã in aere, quẽ ianis noie significari ab antiqs diximus, p̄stigio quã maligni demonis tra-
hi poterat, queque autem inane dicatur, plenũ tamẽ est aere videlicet, sic et Aristoteles secũdo de par-
tibus animalũ libro scribit, id quod vocatur inane plenũ aeris esse, & in libris physice auscultati
onis, ostendit inane & vacuũ nullo mō in reque natura esse posse, sed & inane vocari aerem to-
lerari potest, si comparatõe dicatur id, non absolute, vtpote relatũ ad corpora solidiora gros-
sioraque, idemque est ac si diceretur rarum, quale certe est aeris corpus tenue atque friabile.

Euchetæ
Gnostici

Dryides

Hetruscus

Aeromantia

Inane

HYMNVS

Diuinati- **¶** Descriptæ aut lymphis. De aqua vero ex cantationibus mora, quæ & hidromantia, id est p
onis spēs aquam diuinatio dicit vaticinatio pdibat. ¶ Quotiens vesana furore. Duæ diuinatōis species
hidromā obiter simul tangunt & damnantur, ea axinomantia, id est p securim & lecanomantia, id est
tia. Axino- p peluim diuinatio, aqua in peluim coniecta, mouebat a dæmone & vox pmebatur ptenuis
nomantia index futuri, qua de re inter alios Michael Psellus in libro de natura dæmonū curiose memi-
Lecano- nit, proditq; eam supstitōem apud Assyrios viguisse, & Strabo in Perside magos diuinasse p
mantia. peluim scribit, indeq; traxisse

cognomentū. Zezes quoq; i
 commentarijs in Iliadem, du-
 as ipsius Lecanomantia spe-
 cies tradit. Axinomantia ve-
 ro mentōem fecere complu-
 res, & apud latinos Plinius, est
 & alia apud Plautum in Cassi-
 na, qua lignæ sortes vel po-
 pulnæ, ut ille ait, vel abiegnæ,
 aut supenatabant, aut merge-
 bant, putarimq; supstitōnem
 ipsam dæmonū ope fultam

Geomantia

**catopiro-
mantia.
Pyromā-
tia
Capno-
mātia.**

**Diui per
somnia i
qb⁹ tēplis**

eo tēdere solere, ut frustra illa trabis vel virgæ abiegnæ simul mergerent, & quæ fundū peterent, utpote cōtra naturā abietis quæ supnata, indicio esset q̄rentibus, p̄ptereaq; scrutari uolebant, an ex Populo fieret, cuius materia bibula & grauior, ne videlicet deciperent, & altera paltera sumeret. ¶ Demersat in amne. Mergebant em secures in vase aquæ ab insanis hoibus, q̄ ex motu illo futura pquirebāt, mēdacio dæmonū. ¶ Atq; frequēs bibulā. Geomantia dī illa quā de pūctis terræ fixis cōflabāt, cuius ifania in. vi. de p̄notōe rer; explosa est, dī bibula harena antiquo & ipsius naturæ cōuenienti epitheto, q̄. f. sorbet & ebibit humorē. Vergi. Collectū humorē bibula deducit harena. ¶ Et cum de speculis. ea quoq; p̄stigia in venturi noscēdi cupidine fixa notant, quæ de speculis ex dissultatibus imaginibus trahebat, cui nomen græcū catopiro mantia apud alios, de qua mentio apud Spartianū in Diuo Iuliano. ¶ Et cum venturi. Pyromantia quoq; tangit, quā de varijs ex flamma glomeratis figuris, colligebāt, pariterq; capnomantia, hoc est p̄ fumū diuinatio subindicat, q̄ de varijs fumi simulachris & lineamentis eliciebat, vñ illud Papini. Thurea nec supra volitāte altaria fumo, erat em ut inq; Lutatius, ars q̄dā ex fumo aræ diuinādi, & ex diuisione fumi futura cognoscēdi, q̄ græce capnomantia diceret, cōfudit aut ip̄e auctor alio loco nomē simul & vanitatē, nā capnomantia exponit eā de q̄ idem Papinius. Argolicūq; oculis haurire vacātib; ignē, ea aut pyromantia est q̄ vanitate plurimū Cappadoce magi pollebāt, vt est apud Eustathiū, ij; ip̄i eodē auctore vocabant̄ πυροτοιοι. ignei, ως πυρ̄ αιδουτες και λιουτοῡ κλυτενομενοι, qm̄ videlicet ignem accēdebāt & p̄ eum vaticinabant. ¶ Sic & fallacis. Diuinatio p̄ somnū ex vrbe Telmesso Caria, seu ut nōnulli maluerūt Lycia (nam terminus vtriusq; facit ambiguā sniam), p̄fecta ē ad Græcos, & postea apud diuersas natōes maxime frequētata, & erāt nōnulla falsoz; deor; tēpla, in q̄bus captādi somnū gratia, dormiebant antiquus, quod etiā Verg. monstrat, cum Latinū regem introducit responsa Fauni petere, & cæsar; inq; ouiu sub nocte silenti Pellibus incubuit stratis somnosq; petiuit, & iter;. Centū lanigenas maētabat rite bidētes Atq; hor; esultus tergo stratisq; iacebat, Velleribus subita ex alto vox reddita luco. In tēplo quoq; Amphiarai, de quo multa apud Pausaniam, supra pellem maētati arietis dormiebāt, q̄ poscebant oracula, quoz; non nihil etiam legi apud Theodoretū, & p̄ captandis quoq; somnū in tēplo Esculapij dormiebāt, quam rē videt Aristophanes irridere in comedia, cui titulus Pluto, magnū aut æstimare Philostratus in vita Apollonij maioris, insanus ille & multis sceleribus cōtaminatus Antonin⁹, q̄ Pergamū accessit, vt Herodianus pdit, & captauit insomnia, q̄ quis iā in somnos & vmbas cū ip̄o Aesculapij noīe resoluerent. In phano q̄q; Pasiphaes insomniorū grā recūbebant, ut meminit Cicero, & in Canopo quoq; de quo supra diximus, Serapidis erat tēplū, in quo & p̄ se & p̄ alijs captare somnia satagebāt, sed p̄ter hæc ferebat multis vaticiniū somnio inspiratū fuisse, de q̄bus in libris de p̄notōne tractauimus, neq; enim dicta rep̄tere ope precium est, nec frustra sumendus mihi labor. Sat fuerit te illuc misisse, hoc est ad p̄ternas elucubratiōes, q̄b; utpote domesticis facilius cognitis, ad extrema grad⁹ fiat. Ibi de sona

nostrum visorūq; varietate nonnulla cōspicies, multa quoq; aduersus Platoniciū Synesii di-
 sputata, sed quod tum nō succurrit, in p̄sentia nō reticēā v. s. f. ab insomnijs Vergiliū distinxis-
 se, cum in. iij. scripsit. Nec sopor illud erat sed corā agnoscere vultus, Velataq; comas p̄ntia
 q; ora videbar. atq; illud item hoc loco discēs de grācis eruta mōnūmētis, consueuisse medi-
 cos Daunios Calabrosq; dormire ad sepulchra Podaliriū, ut captarent oracula, tamen si varia **Podaliri**
 de hac re, p̄dita sunt, nam opinio est in Italia mortuū Podaliriū, morisq; fuisse ut lotis in flumi-
 ne Altheno petōribus, Poda-
 liriū inuocaret ad sanitatem,
 vnde illi etiam fluuio nomē
 fuerit, auctore Thimeo, quē
 admodū auctor quoq; Me-
 thodio medico, Alpheo Ar- **Alpheus**

Sic vano portenta Tagis ridenda furore,
 Oscinis & cantus, & p̄p̄etis omnia penne,

diā, quoniā αλφειος, hoc est morpheas curaret. & Bigrio referēte cydnus pedū sanabat lan-
 guores. Alia est opinio Podaliriū Caricē Cheronessum habitasse, & Machaonē eius fratrem
 occisum ab Eurypilo, ut Quintus voluit, q; Orpheus post Eurypili mortē, Machaonē in-
 trodūcit Philectote vulnera curantem, vulneribus em̄ dūtaxat nō aut morbis medebant ip̄i
 Aesculapij filij, ut etiam refert Celsus Cornel. ex Homero, q; eos cōfirmat in bello Troiano,
 ducē Agamemnonē secutos, nō mediocrē opem suis cōmilito nibus attulisse. Inuasit aut̄ po-
 sterosq; mentes mōstrosa sup̄stitio, vt post mortē mederent̄ morbis, q; viuētēs nō sanabant.
 & Cicero somnia ad sepulchra diximus Podaliriū captabant, nec in hoc etiā cōuenere gentes,
 vt oī ex pte verē sit ea fallacissimi in somniū fuisse p̄stigia. Refert em̄ Eustath. p̄ditū Machaonē
 vulnera sanasse, Podaliriū v̄o victus rōe agris opem tulisse, qua potissimū usus Hippocra-
 tes, q; in lib. de somno q; p̄ter supplicatōes quas dā deis gentiū, q; supra diximus decretas,
 bona & mala somnia corp̄is humorib; accepta retulit, eaq; ip̄a victus rōe moderat̄, nec por-
 tēdi q; aliud ip̄is somnijs docet, q; aut sanitatē aut agritudinē, bonaq; illa esse p̄nunciat, q; ad
 vltimā nō cūis ptem res eo p̄sentant mō, quo in vigilia p̄gebant, vñ ille cecinit. Tempe q; cer-
 nisomnia vera solent, & a v̄itate nō abhorruisset, si verē & bonū cōuertit, inq; vicem sibi cede-
 re, ut metaphisycis contēplatoribus liquet, cōsiderasset. Affirmauit idem Hippocrates, qd̄ ex
 cōsuetudine & p̄ sua natura apparere in somnis solet, id bonū valetudinis statū significare, ter-
 ram videri immergi ab aq; aegrotatōem, q; ex humido puenit indicari, huic remedio esse vo-
 mitū intermissione p̄radij et sicci vict̄ rōem, terrā item nigrā aut crematā cōspici, eo fieri indi-
 tium exuperantis siccitatis, p̄tisana tum & rebus leuib; & mollibus vtēdū. Sic & alia q; occur-
 rūt plurima & a qbus humoribus pueniāt, & qd̄ mali portēdant, & qua victus rōe p̄hibeāt.
 docet, nulla frēt̄ fallā. ¶ Sic vano portēta tagis. Tagis quoq; haruspicinā cōsutaui mus, & ip̄i
 us tagis funginū ortum irrissimus. Ridenda certe & etiā exhibilanda. ¶ Vano furore. Ob eximi-
 am insanīā, nulla verisimilitudine fultam, q; q; Itali ita delusi, ut haruspicine eximiā fidem ha-
 berēt, ut Herodianus testat̄ in. viij. historia; & ante illum Strabo scribens delectari sua tēpe-
 state Romanos libris Sibyllae, qbus & Aethrusca diuination p̄ auguria, p̄ exta, & Iouis signa sa-
 t̄ fecerit. ¶ Oscinis & cātus & p̄petis. Cōsutaui mus pariter auguria & auspicia, & om̄e sup̄stiti-
 onis genus, Oscines aut̄ ille dicebant̄ aues qbus murmure. i. strepitu rostro canentiū colliso, si **Oscines**
 significari futura existimabāt, p̄petes v̄o q; volatu v̄tura portēderēt. Initiū habuit hęc sup̄sti- **Prēpetes**
 tio, ut p̄ditum est, a Phrygijs & Isarijs antiq̄ssimis, deinde m̄ltiphariā p̄pagata, cuius mul-
 ti noticiā sibi arrogauere, illius pauci, inter illos insanus ille Tyaneus fuit, q; se linguas eorū nos-
 se iactabat, & an̄ illū nonnulli vt Melampus, cuius noticiā ridicula qdem, sed ipsius noticiā
 causa magis certe deridicula, qm̄ in dracones id referunt, q; eius aures linxerit, eoq; venisse vt
 animalū postea voces intelligeret, q; nugamēta p̄sus explodenda, qua humanos euentus si-
 gnificare aues dicunt, nil em̄ quod ip̄ae non p̄cipiant nota facere alijs possunt, & eius dūtaxat
 rei indices sunt, quam p̄sentit, p̄sentit inq; hominibus, sibi sentiunt, ut aī in. iij. de p̄notiōe
 longa disputatōe differuimus, quod ad p̄sens negociū attinet, illud Verg. sit satis. Tum cor-
 nix plena pluiam vocat improba voce. & ante illud Euphorion non ineleganter, neq; ad-
 modum absurde cornicem vocauit **υετολαυτην** nobis videlicet ob ea quae de futura plu-
 uia p̄sentiebat, quapropter Aratus graculos signa esse dixit **υαχτος**. **ερχομενοιο** & Nican-
 der cornicem appellauit **ουβρηεα**. sed qui eas naturalem hanc significatōnem excedere
 putant, in superstitiones incidunt auguriū, a nobis in sexto de p̄notiōe libro cōsuta-
 tas, & a Verg. etiā taxatas, cū de illis in primo Georgi. libro dixit. Haud egdem credo qalid

HYMNVS

uinius illis Ingeniū, aut reꝛfato prudentia maior. Verum vbi tempeſtas & cœli mobilis hu-
mor Mutauere vias, & Iuppiter humidus auſtris Denſet erant quæ rara modo, & quæ denſa
relaxat, Vertunt ſpēs animoꝝ & pectora motus Hinc alios, alios dum nubila ventus agebat
Concipiūt, hinc ille auium concentus in agris Et lætæ pecudes, & ouantes gutture coru, Ne-
q; tamen omnia minutula Allata ſunt, genera tantū confutauimus, ex quibus concludis in illis
ſpēs omnes coarguunt. ¶ Omina. Et ſi omen ſpēs ſit ſuſpitiōis quæ fiebat ore, p. ſeſe ſingula-
rum q; in libro de p. notæ ſe-
xto refutata eliminataq; hoc

Brach
manes.

tamen loco p. augurio ſum-
ptum eſt auium. ¶ Tripodes
præſtigia Brachmanū Indiæ,
quæ pariter exploſa ſunt ſub
compendio colligunt. ſcribit
em̄ Philoſtratus in vita Apol-
lonij Tyanei, cuius noſter me-
minit Hieronymus ad Pauli-

Automati tripodes celeris præſtigia menſæ,
Tantalea iugis ſtillans ab imagine gutta,
Ac ſurgens baculo tellus percuſſa frequenti,
Et glomerata ſimul nocturni pabula Phœbi,
Atq; inſolati voces de Memnonis ore,

Automa-
ti.

num, p. ſectum illum fuiſſe ad Brachmanas Indię ſapientes, qbus p. ſideret, Hiarchas, vidiffeq;
apud illos ſua ſpōte moueri tripodes, & mēſam cōiuiuo parari, fiebat id inuſibili miniſterio
dæmonū. latebat aut̄ Apollonium cauſa, p. terea potatū eum p. hibuit phiala Tantalij, quæ in-
corruptibilē ſtillaret humorē. Ad hæc illum conſpexiſſe terrā in tumorē excreſcere, dum bacu-
lis illam p. cuterent, inter canendū hymnos aduentant̄ ſoli, ſic etiam finxerant Dædali opera
ſua ſpōte moueri, & tripodes Vulcani, auctore Homero, automatos certamen diuinū ſuſce-
piſſe, cuius rei Ariſtoteles quoq; in primo Politicoꝝ libro ſic græce meminit ωσπερ τὰ αὐ-
τῶν αὐτομάτως κινεῖται. ¶ Automati, idem eſt quod ſua ſpōte moti, vocabulū græcis noſſi-
mum, & illis omnibus aptatū, quæ p. ſe quicq; operant̄, nec alterius egent miniſterio. Home-
rus ſæpe ea uſus eſt dictōe, illud nūc ſuccurrit αὐτομάτως ἅε οἱ κλέει βόην ἀγᾶτος μὲνε-
λαος. Pindarus quoq; de Pythia loquens ait, αὐτομάτω κελαιῶ, qm̄ non ad alterius ar-
bitrium, ut enarratores ſentiūt, ſed inſpiratōe loquebatur. & Ariſtophanes πᾶρες τι ἐν βῶ-
λε αὐτομάτως κινεῖται. ¶ Præſtigia, deceptōes a p. ſtringēdis oculis nuncupata. ¶ Celeris mē-
ſæ, celeriter motæ, & tripodibus citiſſime coaptatæ. ¶ Tantalea ab imagine, ex phiala ad imagi-
nem Tantalij fabricata, ut prodit Philoſtratus, Hieronymus Tantalij fontem appellauit, porri-
gebat̄ autem hoſpiūbus, Philoſtrato ip̄o referente, ad amicitia firmandā, quoniā hoſpitalis et
humanus Tantalus habebat̄. ¶ Iugis cōtinua. ¶ Gutta, aquæ portio rotunda. ¶ Stillans, cadēs.
Inter guttam & ſtillam hoc intereſſe cenſuit Palæmon grammaticus, q; hæc decideret, jilla cō-
ſiſteret. ¶ Ac ſurgens, in tumultū. ¶ Percuſſa, dum vapularet. ¶ Frequenti baculo Brachmanū
iugiter p. cutiūt̄. ¶ Et glomerata ſimul, Solis menſam in Aethiopia carmen innuit, de qua late
ſcribunt Herodotus & Solinus. ¶ Pabula, menſam vbi omnimodi generis carnes apporta-
bant̄. ¶ Phœbi, Quoniā Solis menſa dicebat̄. ¶ Nocturni vero, quoniā noctu deuorabant̄
epulæ. ¶ Atq; inſolati, De vocali ſtatua Memnonis habet̄ ſermo, quæ tum ſonitū emittere di-
cebat̄, cum Solis radijs p. tingeret̄, inſolari aut̄ ea dicunt̄, quæ patiunt̄ Solem, vocabulū nō p.
tritum, ſed quo uſi agricultoꝝ, quo etiam uſus, Io. Patruus contra aſtologos inquiring, ſi
cuti infirmiora capita ſi nimis inſolent̄, ægreſcūt. ¶ De Memnonis ore, ſtatua erat Memno-
nis in Aethiopia ſedentis habitu, ut Philoſtratus ſcribit in libris de vita Apollonij, quæ vbi
ſole illuſtreſ, & ad os radij p. tingerent, loquebat̄. Alij Memnonis ſtatua in Thebis Aegypti
is poſuere, de qua Iuuenalis in Satyra contra Aegyptū, Dimidio magicæ reſonat vbi Mem-
none chordæ Atq; vetus Thebe centū iacet obruta portis. Ad magia poeta nec abſurde re-
tulit ſonitū, qm̄ ope demonū, p. curaret̄. Strabo ꝑo geographus in decimoſeptimo libro ſcri-
bit apud Thebas ſepulchꝛ Memnonis fuiſſe & duos coloſſos, ex quorum vno ferebat̄ quot
tidie ſonum audiri, cauſa tamē ignota, de baſi & ſede p. deūtem, non de ore, ſeq; videndi, audi-
endiq; gratia illuc acceſſiſſe, cum Helio Gallo & circa primā horā crepitū ſenſiſſe, quem in ali-
am omnē cauſam libentius q; in lapides referret. Plinius item ſcribit, lapidem delubro Sera-
pis Memnonis ſtatua dicatum, Solis ortu contactū radijs crepare. Pausanias autem in Atti-
cæ deſcriptōne, vbi vocalis phibœæ lapidis mentōem fecit, coloſſi illius meminit, adiectiq; iu-
xta eum locum ſtatua ſedentē a ſe viſam, quam pleriq; Eleuſini vocarēt Memnonē, q; eſſet

Præſtigia

Gutta,
Sulla

Memnon
Inſolari

In Aegyptū ex Aethiopia pfectus, idq; a Thebanis negari, q; populari cuidam suo statuā ad scriberent. Alios vero cōtendere Sefostri fuisse statuā, a Cambyse mutilatā, cuius reliquū solē oriente quotidie creparet. edi autē sonitū citharę, aut lyrę, chordę psimilem, quare illius magi cę chordę non ab re meminit. Philostratus vero in libro cui fecit titulū Icones, scribit Memnonem in Aethiopia transmutatū in nigre lapidem figurā autē & spēm sedentis habere, videri autē solem tanq; plectę in os Memnonis incidere, a quo vox mitteret, qua veluti consolaretur Himera. Callistratus vero scribit de imagine Memnonis, q; lapidea erat, sed vocis potestatem habebat, & surgente aurora loq̄bat̄ ΕΠΙ ΣΗΛΑΙΒΟΥ (ut inqt) ΤΗ ΦΩΥΗ ΤΗΥ ΧΑΡΕΟΥ, hoc ē voce læticiā significās, illud autē addidit, q; inclināte die ΕΣΕΥΕ ΕΛΕΨΟΥΝ ΤΙ ΚΑΙ ΑΛΥΨΟΥΝ, hoc est miserabile qd & triste gemebat. Dionysius itē Libys Thebarę q; in Aegypto sunt mentōem faciēs, scribit ex ea vrbe natū Memnonē, & suā oriētem aurorā amplecti, cuius poetę gręcus Paraphrastes affirmat in Thebis fuisse Memnonis statuā, q; arte quadam in aurora vocē emittet, & veluti matrē appellās amplexaret. Eustath. v̄o interps̄ Dionysij, de ipsa statua differēs, idem sentit, fuisse videlicet illam machinatōe quapiā ita cōstitutā, ut loq̄ret̄ surgēte aurora, eā q; veluti salutaret matrē existimatā Memnonis ipsius, ea forte de causa, qd (ut idem auctor ē) apud Aethiopes pulcherrimus esset Memnon, & solus albicaret. Ego q̄dem arte nulla p̄terq; dæmonis factū existimo, vt istiusmodi simulachra aurora exoriēte vagi sub lumina solis loquerent̄ ad supstitōem cōfirmādam, Fabulabant̄ em̄ Memnonē Aurorę filiū, aliq; diei fuisse malebat, ea forte ut ip̄e arbitror de causa, q; q; oriētales ad occidentis regiones trāsferret̄ sese, aurorę filij putarent̄, qm̄ solaris lucis initiū ab ijs primū visit, q; sunt eius ortu ppingores. Nihil em̄ aliud re vera est aurora, q; subrutilās ille aeris color, ex appropinquatōe solis ad nostrę finitorē circulū, quē Gręci dicūt orizonta. vbi em̄ solaris globus appuit, iam nō aurora, sed dies est, radijs aerē collustrātibus, tametsi apd̄ Zezem κωδ (hoc est autora) id sit t̄pis, quod a mane ad horā vsq; prādij p̄tendit, atq; etiā existimet ea dictōe totū diē significari, putetq; nōctis etiā p̄tem indicari, & tam diē q; aurorā dictōe illa simul ambiri. Vt autē dæmon fabularę supstitōes impēsius cōfirmaret, nō solū aues in sepulchro Memnonis diuersari, & Ilion accedere simulauit, sigētibus v̄a sunt p̄dita, q; illas ideo Memnonias nūcupauerūt, qua de re vt poetā p̄teream, Plin. nōnulla in. x. sed plura Aelianus gręcus auctor in. iij. de animalibus, verę & statuā quoq; ad Memnonis imaginē fabrefactā, vocalē putari voluit, voces ip̄e forte suffingēs, nec priusq; radij statuā ip̄am afficerēt, puenirētq; aut ad os, aut ad pedes, seu pertenues illi, aurora euanescente, seu clariores post integre globi ipsius exortū fuerint, vt & aurorę. s. & diei filio simul fauisset. Dubitari autē posset, quo pacto videre in Aethiopia statuā illā potuerit Apollonius, q; ppe Thebas erat, & q; q; litis cōpositio nō refert, dici tñ p̄t̄ duas fuisse, aut vnā, quā ob vicinā modo in Aethiopia, modo apud Thebas in Aegypto repositā dixerint. Ceterę qd̄ attinet ad Memnonis historiā, Diodorus est auctor, annalibus regijs indicatū ossa Memnonis fuisse cōbusta, & ad aethiopas plata, aliq; ad Tithonū in Persas maluerūt. Sedē scribit Dictys Gnosius illū fuisse Tithonis & Himere filiū, eoq; se ip̄e vixisse, quo ille p̄ Troianis depugnās, ab Achille interfectus est, addit eius cineres ab Himera sorore matri cognomina multa diligentia q̄sitās & acceptas, idq; sibi relatū a Neoptolemeo post excidiū Troianū, quō tpe duxit Hermionem, a cuius historia nō absurde puto existimari posse Homerę plerāq; sumpsisse, q; quis ea multis figmētis, mēdacijq; referent, huius auctoris historia gręce nō extat, a Septimio trāsata legit. Cōsentit ei Dares Phrygius, cuius lib̄e Nepos Cornelius a se latinū factū, Crispo Salustio misit, cōsentit inq; Memnonē p̄ Troianis pugnauisse, & Achillis manu interisse, quēadmodū & Hector occubuit, quia de re falsus Damis videri potuit, apud Philostratū in Tyanei vita, apte negans Memnonē ad Ilion occubuisse, nec rebus interfuisse Troianis. In alijs plerisq; dissensere Dares & Dictys, vt pote diuersarę p̄tium, & q; a bellatoribus, principibusq; suis decipi facile potuerūt, ambo nihilo minus raptam Helenā, graue bellū, Troiā captā & desolatā asseuerāt, vñ facile videri p̄t̄ Dionem Prusiensem, cognomēto Chrysostratum (q; si Philostrato eius vitę scriptori stamus, erat q̄tū attinet ad elocutōem κερξος αμαλθας) si Dictys & Daretis vidit historias, magnope aberrauisse, cum scripsit ad Ilienses dicato ope, captiuitatē Ilij nō fuisse, qñquidē de Troię oppugnatōe p̄ Gręcos æquis esset & Gręcis & Troianis idem scribētib; q; Aegyptijs cōtra sentētibus credidisse, ut hinc etiā discas q; fides gentiū fabulatoribus habēda est, qñ & historici & philosophi sup eadē re, gesta sit nec ne, digladiant̄, & forte q; ex nostris Troiica cōfirmare, his freti auctoribus potius fuere q; Homēro, tametsi a quoq; facta nō ē eorę auctōr; mētio qd̄ meminerim p̄terq; Dictys a Suida, & D

Aurora:

Memno
nię aues

Dictys
Dares

Dion
Prusiens:

HYMNVS

Tithon⁹ retis ab Hispalensi Isidoro, vteūq; sese habuerit res, non defuit dæmoni occasio fallendi in sta-
 tū ipā Memnonia siue Memnoni mater fuerit Titoni vxor, scēmina cui nomen Himerā, si
 ue existimatū Aurorę vel Himeræ deæ filiū, nam isthæc quoq; ambiguitas viguit antiquus,
 vt in calce Dictys historię visū, & postea a poetis & grammaticis tractata multifariā, inter q̄
 memini me apud Zezem legisse, Tithonē Priami fratrem in orientis partibus vxorē cōpisse, et
 senem factum aeris temperie in Cicadam cōuersum diei, qm̄ & cicadæ & serpentes abñcere se
 nectutē existimant, maritū au-
 tem Himeræ physice vocatū
 ex diei opibus, q̄ magis viri-
 lia sunt, vtpote cū nocturna
 opa scēminis aptiora videan-
 tur, quo factum vt opator di
 ei vir sit appellatus, frater autē
 Priami, i. emptoris ob diurna
 videlicet negocia, apud Athe-
 næum v̄o legi Thitonū, quo

Afflatus lunæ seruos mā stabat Hiberus
Captiui & iugulo fundebat carmina vates
Cymbrica, & eripedū fremitus seruabat equorū
Bellax Rhiphæo germania, pxima coelo
Hinc quoq; Thyrrēnis excitæ vocibus vmbrae

niā ex diluculo adusq; solis occasum dormire cōsueffet, dictū cum aurora cubare. Legi etiam
 apud Strabonē de Abido loquētē in vrbe quōdam maxima, & post Thebas secūda, q̄ in ea
 Memnonis regia fuerit mirifice structa, q̄ tñ fabularū cū meminit, vt̄ solet p̄fatōe veniæ. Est q̄
 q̄ apud Stephanū Susa Memnonis ædificiū, & Cisiā Memnonis mater, a qua & Susij Cisiij
 fuerint appellati, Aeschylus quoq; Cisiā matrē esse Memnonis voluit, idē Diodorus, Sepul-
 tusq; idem Memnon in Syria, vt Geographo placuit, in Aethiopia ut alij dant intelligere &
 cōsensisse Dicty vident, de quo supra retulimus. Mitto q̄ ex Hieronymo retulit Eustathius, q̄
 ex Cressia Diodorus, nam pridem ab alijs vulgata. Referrē autē q̄ Quintus Calaber in secun-
 do opis, q̄ Paralipomena dicunt canit, nisi & longiora essent fabulosaq; nimis, atq; etiā pau-
 lo añ Aldi bñficio omnibus q̄ Græce sciūt, facta cōmunia, legi quoq; apud Lycophronē fa-
 bulose, cum Tithone dormire cōsueuisse Aurorā in Cerne, ex quo ipā Aurora in sedens Pe-
 gaso terras ingrederet. Quid autē sit Cerne, magna lis apud grāmaticos græcos, Zezes Ocea-
 nitidam insulā in orientis p̄tibus affirmat esse, cōsentiens Lycophroni, tametsi apud eundem
 alia Cerne occidentalis, vñ & Cerneatim insulā posuit ab illa Cerne nūcupatā. Ptolemeus q̄q;
 & alij affirmare prius in occidēte illam esse cōtra sinū Persicū, aduersam Aethiopię nōnulli,
 Polybius in extrema Mauritania cōtra montē Atlantē. Nepos Cornelius ex aduerso Cartha-
 ginis, vt Plinius refert in. vi. alij in meridie, ut Dionysius & Plinius, q̄ in oceano posuit Aphri-
 cano, Strabo Cernē videt irridere Eratostheni his v̄bis aduersatus, Κεϋνκ ερετοσθενος ονο-
 μα; & κει αλλουσ τοπουσ μαλακμου γινοςκομενσσ cernem inqt Eratosthenes no-
 minat, & alios locos nullibi cognitos, qua de re in sylua nostra, cui titulus votū terram citare
 volētes remotissimā & icognitā, ita lusimus. Quod si Cernæe longinqua ad littora terrę Per-
 gere tentasses rapido p̄ inhospita cursu Telesquerer. Sed vt reuertamur ad Memnonē nō ab-
 surde penitus opinari q̄spiam posset, fuisse illum Tithonifiliū, & Auroræ dici, sumēte videt
 et maligno dæmone corpus aeritū, & se Aurorā deam menti. ¶ Afflatus lunæ seruos;
 Erat alia diuinādi supstitio ex dæmone p̄fecta, cuius meminit Strabo, cōsueuisse videlicet Hi-
 beros illos q̄ ad Boreā sunt, mactare seruos, & inde vaticinia fundere. ¶ Captiui & iugulo, idē
 auctor p̄dit solitas esse Cymbricas mulieres captiuos iugulare, & ex ipō vulnere diuinare, Ger-
 manorū p̄dunt vaticinia ex equorū fremitu. ¶ Aeripedum equorū, ita ex ferris soleis appel-
 lato. ¶ Bellax germania, epithetū regioni cōueniens Seneca in. vi. q̄stionum naturalitū vo-
 lumine, noiat germanos auidā gentē belli, sed illis res gestæ forcere cognomē, & animus bellis
 accōmodatus ex tempatura, nā plurimus germano sanguis est circa p̄cordia constipatus, ob
 frigus cōtinētis aeris, q̄ p̄pterea excafactus, dat aios & audaciā, hīc puto Lucanū cecinisse. Ois
 in arctois p̄p̄s q̄cūq; pruinis Nascit indomitus bellis & mortis amator. ¶ Proxiā Riphæo eq̄
 lo, p̄pinq; Riphæis montibus, q̄ sub axe arctoo sunt, sensus ē septētrionib; subiecta & boreæ ex-
 posita. ¶ Fremitus, hinnitus & strepitus ore & narib; emissi, obseruabant vice augurij, cōsci-
 os em̄ futuros equos putabāt, auctor ē Tacitus, fremitus at equorū sunt, tametsi leoni etiā ad-
 scripti, hinc Papinius in. viij. de leone. Et fremitu gaudēs, sed Curtius fremitū hoīm, equorū hin-
 nitū dixit, & fremere q̄q; maria dicunt. Verg. & fremitu surgēs Benate marino. ¶ Hinc quoq;
 Tyrrhenis, Necyomātia apud Assyrios, Chaldæos, & Tyrrhenos viguit, ita em̄ Theodorctua

Cerne

Hyberi.

Schyte.

Germani

eqs diui-

nabant.

Fremitus

Necyo-

mātia.

ΕΥ ΔΕ ΤΗ ΤΥΡΡΗΝΩΝ ΚΑΙ ΧΑΛΔΑΙΩΝ ΤΗΣ ΝΕΚΥΜΑΝΤΙΑΣ ΤΑ ΨΑΦΩΤΑΤΑ ΑΥΤΡΑ hoc est
 apud Tyrrhenos aut & Chaldeos antra illa necyomantiae tenebricosissima. ¶ Glomerata silē
 tum agmina. mortuorum turbæ coaceruatae. silentes em̄ p̄ mortuis sumunt. Verg. vmbraſq; ſi
 lentes. & iterū ſilētū conciliūq; vocat, vitalq; & crimia diſcit. ¶ Lethesq; a ſedib; imis. Lethē pa
 lus apud inferos ficta ex obliuione, qua ſolutas corpe animas offundi gētes putabāt. ¶ Ty
 reſiæ comites. ad Homericā illa ſit alluſio, cū introducit Vliffes Circes monitis Cimmericos

**Aſſyriſq; ſimul ꝑcibus glomerata ſilentum
 Agmina Tartaræ Lethes quæ a ſedibus imis
 Tyreſiæ comites vndantem ſanguine foſſam
 Complebant, fatuis & triſtia fata canebant.
 Hæc tēpla, hoſ cultus, atq; hæc oracula diuū
 Aduentu Chriſti ruere, & collapsa referri
 Aſpiceres, nullos recinebat Pythia cantus.**

Circes monitis Cimmericos
 ꝑꝑos acceſſiſſe, & euocaſſe
 vmbraſ ad foſſam cubitalē,
 excāuatā enſe, & veniſſe Tyre
 ſiæ animā, q̄ illi euētura ꝑcine
 ret, ut retulimus inter cōſutari
 dū necromāticaſ vanitateſ, in
 iij. de ꝑnotōe. De Tyreſiā ꝑo
 ꝑter Homerū meminit Lyco
 phron, & Callimachus me
 minit tanq; oculis capto, qm̄
 Pallada nudā cōſpexiſſet illi
 auſum ab antiquitate ſub fabu
 laꝝ inuolucro notatū ſuſpi

Lethē

Fatuus;

cor, ſicuti & aliorū plerūq; eoq; tendere putare q̄ ſp̄iam poſſet, quo & illud, videlicet q; cōiura
 ti cœlum reſcindere fratres fulminibus repulſi fuerint, tamen ſi ſurtū id Homerū fuiſſe Iuſtinuſ
 martyr oſtēderit, ſic Arachnē vetuſte gentes, & alia nō ꝑaꝝ multa, ex ſite cum deis in beſtias
 mutarunt, ſic Verg. Miſenū certādī ſtudio, cū marinis nūminibus merſit in pelagus, in quo li
 cet aduertere poetā ſimul & fabulā notāſſe illud canēdo, ſi credere dignū eſt Inter ſaxa virꝝ ſpū
 moſa immerſerat vnda. Et contentōeſ quoq; ſup̄baſ indicāſſe hiſ ꝑꝑiſ, Demenſ & cantu vō
 cat in certamina diuoſ. ¶ Fatuiſq; & triſtia fata. Derident̄ inſani q̄rentes futura ꝑ mortuoſ, &
 ideo diximus, fata fatuiſ cantari, ſic Auguſtinuſ aſtologoꝝ dixit fatua fata, & legiſſe q; me
 mini. C. Baſſi ſententiā Firmiano referēte, q; Fauni vxor & ſoror Senta Faunā fatuā noiātā
 ſit, qm̄ mulieribuſ fata canere cōſueuiſſet, ut Faunuſ viriſ, idq; eo expectat quod Seruiuſ retu
 lit eodē fonte nō difficulter hauſtū, nā tempe poſterior fuit, utpote q; poſt Donatū beati Hie
 ronymi ꝑceptorē ſcripſit, quē multuſ annuſ nō Baſſuſ mō, ſed Firmianuſ ip̄e Laſtātiuſ ꝑceſſe
 rit, retulit inq; Fatuā vxorē Fauelli eoſdēq; eſſe Faunū & Faunā dictoſ a varicinādo. i. ſando
 vñ & fatuoſ dictoſ, q; in cōſiderate loquunt̄. Faunū ꝑo αφο της φωνησ dictū, q; voce nōn
 ſignuſ oñderet futura. Fatuoſ ꝑo antea dixerat Donatuſ, q; ꝑꝑiſ & dictiſ fatui ſunt, q; in
 ꝑta loq̄rent̄ a ſando, vñ & Fauni fatui. Putabāt fatuꝝ & inſane gēteſ deſunctoꝝ aiāſ fata. i. que
 decreta eēt vniciuſq; & noſſe & poſſe ꝑdicare, canebāt at & triſtia denūciabāt. quē ad modum
 ſingit Homerꝝ Vliffi accidiſſe, audiētī q; occubituſ eēt, & q; ꝑactō. ¶ Hęc tēpla, hoſ cultꝝ, nar
 rato q̄tū expedire videbāt falſoꝝ deoꝝ cultu, recēſiūſq; oraculiſ q; b; añ corꝑati ꝑꝑi ꝑntiā
 demoneſ fallebāt humanū genuſ, nūc moſtrandū ſaluatoruſ aduētū, & fugiſſe demōeſ, & ora
 cula ſiluiſſe, & q; ꝑꝑi Ieſu Chriſtuſ ſaluator potuiſſet & iſtiſ ſilētū, & illiſ fugā indicere, añ incar
 natōem, añ natiuitatē & mortē, eternuſ tñ ordo diuīe puidētīe veriſſimꝝ, iuſtiſſimꝝ, optimuſ
 tamen ſi nobiſ ſꝑ & vſq; q; nō cognituſ, ita exigebat, ut eo ip̄o tpe qd̄ ab Ap̄o plenitudinīſ
 appellatū ē, a mūdi ꝑricipatu demōeſ pellerēt. Hęc itaq; tēpla q; demōnib; cōſtructa fuerant
 Chriſti ꝑtute aut deſtructa ſunt, aut in ſuiꝑꝑiꝝ honorē cōſecrata, tanq; rediuiua ꝑſeuerauerūt.
 Hi cultuſ, hęc ſacrilegia, ſacrificia diſſipata ſunt & ꝑruſ euanida. ¶ Hęc orac̄la diuū, hęc q; nar
 rauimꝝ diuinatōiſ noiē celebrata phana & rñſa dæmonū, q; gēteſ vtilia xiſtimabāt, vñ χερσ
 μοι dicebāt, ſꝑ falſo cū eēt ꝑnitioſa, ſceleſta & obſcura. ¶ Aduētū Chriſti ruere aſpiceres & col
 lapſa referri, nā poſt Chriſti natiuitatē & mortē, poſt ꝑdicatū eꝝ euāgelīū, ſiluerē orac̄la & illiſ
 dicata ſacella, & phana ꝑdicatib; Ap̄iſ corruere, & exitiū ſepe ſuiſ cultorib; attuler. ¶ Nulloſ
 recinebat, adeo ꝑo Chriſtū formidauit demō, ut aliq; etiā i loco ſilere ic̄pet ꝑriuſq; ille de vir
 gie naſceret̄. Srribit ei Cice. ſua tēpeſtate ceſſauiſſe diuinatōem orac̄i, qd̄ a Pythiā redderet̄. Idē
 q; ſubindicat Lucañ. dū eodē tpe iuiſſe Appiū canit ad iterrogādū oraculū, ſic tpe lōgo Im
 motoſ tripodaſ vaſteq; ſilētia rupiſ. Appiꝝ Heſperī ſcrutator ad vltia fati ſollicitat. Et Strabꝝ
 q; ſub Auguſto vixit, q; Cicero trucidatꝝ ꝝ oraculū ip̄m neglectui habitū ſua tēpeſtate ſcribit,
 q; & alio loco narrat, q; nō Delphicū mō, ſed Ammonuſ oraculū pene deſocerat & oim ꝑa

HYMNVS

Pythia riter maxima erat negligentia. ¶ **Pythia** cantus. Pythia foemina Apollinis sacerdos, q̄ in tripodis holmo, ut diximus aſs, reſidēs vaticinabat. Holmus tñ apud Athenæū poculi ſpēs ps autē hęc tripodis ponit ab Ariſtophanis enarratore, apud quē Delphici quoq; vaticiniū principiū refert, auctoritate Diodori, xvi. libro hiftoriaꝝ, de terræ hiatu vbi mox adyton q̄ cū cūſtetiffent capræ, & vocē edidiffent, obſtupefacto paſtore, futura p̄cinuerūt, vt aſs narrauimus, indeq; factū vt pphetes Pythia reſponſa redderet. Hęc etiā ſcribit Strabo ſup̄ excellum tripodē, q̄ oſtio ſup̄flaret p̄fundæ & curuæ ſpelūcæ, de qua p̄flante numine mittebat aura, ſedere ſolitā, & ſpū diuinatōis hauſto, reſponſa Apollinis referre, quo factū ut recinere cātus dixerimus, vtpote quos aliūde hauriret, nō ex ſe p̄meret. Reſpondebat autē & p̄ſa orōe, & v̄ſu, & poetas quosdā templi miniſtros habebat. Nō mē primæ foeminae, q̄ ad hūc modū vaticinaret Phemonoefuit. Pythiæ nihilo minus oēs appellatæ, hęc eadē ſacerdos Pythia Meliſſa dicebat, de qua Pindarus in Pythiis hymnis, dū oraculi mentōem haberet, quo p̄ſualus in Li byā cōceſſit. Batt^o canit χερμοος ωρθοσε μελιασας δελφιδος, & alibi q̄q; id nomē citat, ſed & eius enarratores, p̄ cōp̄to ponūt, antiquus ſēminas q̄ ſacris & myſterijs p̄ſent Nymphas & Meliſſas vocari, tametiſi exactius Cereris ſacerdotes ea ip̄a nomē clatura cenſerent, has ip̄as Patareus Mnafas voluit anthropophagis hoibus p̄ſuaſiſſe arborū fructib; veſci, & earum vnā me legiſſe memini, cui nomē Meliſſa primū κηρεια mellis in Peloponeſo inueniſſe & comediffē, & aqua mixta etiā ebiffiſſe, atq; alijs quoq; id negociū tribuiſſe, & inde factū vt apes ip̄e meliſſe dicerent, hęc a Græcis. A latino v̄o Firmiano græcū Didymū ſecuto, p̄cepi Meliſſea regē Cretēſiū primū dñs ſacrificaffe, cuius filia fuerint Amalthea & Meliſſa, q̄ Iouē puerū caprino lacte & melle nutrierint, vñ fabula deducta ſit apes Iouis pueri os melle cōpleſſe. ip̄am v̄o cōſtitutam a patre ſacerdotē primā magnæ matris, quo factū vt tum etiā eiufdem antiſtites Meliſſæ nūcuparent. Certe Iulius Pollux voluit foeminas, q̄ ſacris p̄ſent, & ſacerdotes & pphetes cōmuni vocabulo nūcupari, quo etiā mares appellarent, eam v̄o q̄ in Delphis erat pprie Pythiā noiari. Pytho autē Βοωτιᾱ eſt vrbs. Homerus πυθοι εν κρηθεν, & alibi φοιβου απολλωνος πυθοι ενι πετρεωσιν, & in hymno Apollinis idem προς πυθω πετρεωσιν, & demū eam vrbeſm ſæpenumero citat, qua q̄dem in vrbe fabulatus eſt Pindarus mūdī eſſe meditullū cōmp̄henſum volatu aquilarū, q̄ Iouis imperio ab ortu & occaſu dimiſſe eo loci cōcurrerint, quaſi ſuus ille Iupiter tam parū gnarus, ut hoc egeret experimēto, ſed ut fabulæ fides fieret, ip̄arū imagines aqlarū cōſecratæ ſunt, & poſtea ſublatae in Phoceni bello, hanc ip̄am vrbe primū Napen, mox Petrieſſam, deinde Criſſam, mox Pytho vocatā inuenio, dicta autē πυθω, vel εκ του πυθωνεσθαι, hoc eſt ab interrogando (qm̄ locus erat oraculi) vel απο του πυθωνεσθαι, hoc eſt corrip̄i & putrefieri, q̄ illie videlicet putrefactū ſit interfecte cadauer ſerpētis, cui nomē pythōn. Apud Homerū in hymno ip̄ius Apollinis dī Pythium, inde Apollinē cognominari, ſed & inſtituta poſtea ſunt Pythia certamina in honorē Apollinis, q̄rum victorib; pecunia primū, mox coronæ in p̄miū dabant. A Pytho quoq; fortaffe foeminae nomē emerſit, q̄ in Pytho vrbe daret oracula, vñ apud Orpheū in hymnis in Pythio ſolio regnaſſe Pythiā legimus. Nec modo Pythia foemina, ſed & Pythius quoq; Apollo inde nomē habuit, ex eo item antra deriuata ſunt Pythia. Lucanus in. vi. Non tripodas Deli, nō Pythia cōſulit antra ſed & agon cui nomē Pythia celebrabat. Apud Megareſes item & apud Sicyonios inſtituta ſunt Pythia certamina, quorū Pindarus in quodā hymno, & Halicarnaſeus in hiftoria mentōem fecerūt, ip̄a certe Chriſti aduētū p̄pinquante Delphica oracula & Pythia reſponſa ceſſarūt. ¶ **Delphica.** Delphi eadem vrbs p̄dit q̄ & Pytho. Delphi autē vel a Delpho Neptuni & Melanthe Deucalionis, ut interp̄s Lycophrontis notaui, vel qm̄ in Pythone delphinus draco ſagittis ſit cōfoſſus, vt Elius canit οσ ποτε πετρεωσιν υπο λειξωσιν ποερασιν δελφινα τοφοισι πελωριον εφεναριζεν, vñ fortaffe Tertulianus eum dixit delphinē, vel fortaffe p̄pterea q̄ ut Leander & Callimach. retulerunt delphinis vocabat̄ draco, q̄ cuſtodiēbat i Delphis oraculū, vel qā επι δελφινος οχουμενος. i. delphin, vel qā Delphinoſiſ factus nauē p̄ceſſerit aduſq; Criſſeū Phocidis ſinū, q̄ nuge vident̄ Homero niri, cū in eius Apollinis hymno canit φοιβος απολλων ειποντο δε πορουσε δεμασ δελφινι εοικωσ. & que ſequunt̄ multa, inter q̄ in eius p̄ſona illiud εμοι ευχεσθαι δελφινια αυταε οβουμοσ αυτοσ δελφιοσ, ſic etiā & vrbs Delphi vocata quā diuiſam olim in p̄tes triſ inuenio, & horū q̄dem alia v̄πατη, μεση alia, tertia v̄απη, q̄ & Pytho etiā ſupra nūcupata, cuius ſæpe meminit Pindarus in Pythiis hymnis. Adelp̄is quoq; Delphinus menſis Apollini ſacer, ea vrbs prius Lycoris dicebatur a Lycoria vico, hinc apud Apollonium Phœbi Lycorci menſis.

Pythia
Holmus.

Phemono
Melissa.

Pytho

Delphi.

delphinus
serpens

io. postea Delphi. vnde Lycophron vocauit Apollinem Delphinū deum Δελφινὸς Πάρι
 αὐτῶν κερδῶν θεῶν. Cerdous autem ut inquit Zezes, quoniā p̄ oracula ostenderet, quæ lu-
 cro conferrent, ego vero existimo id dictum ea de causa, q̄ lucro ip̄ius sacerdotes sæpenume-
 ro oracula venderēt in Delphis, vnde apud Demosthenē scriptum est Pythiam Philippissin
 quo factum ut adeo diuitijs abundaret Delphos oraculū, ut ad illum dep̄dandum partem
 exercitus miserit Xerxes, q̄ repulsus ferē imbribus atq̄ fulminibus, dum ad Palladis templū

Cerdous
 Apollo

**Delphica vaniloqui cantata oracula Phœbi
 Conticuere priusq̄ sacrū virginis almæ
 Clara puerperium sparsisset lumina mūdo,
 Lumina tartareas ppulsatura tenebras.
 Nec secus abscessit q̄ quæ p̄texere coelum
 Ocepit nubes, claros Hiperionis ortus
 Attenuata fugit liquidasq̄ recedit in auras,
 Flammiferi nondū solis vexata corusco**

puenisset, qua de re late Dio-
 dorus in vndecimo historia-
 rum. Factū autem vel rapinis
 vel ip̄ius silentio, ut ad sum-
 mam mendicitatē pueniret, in
 quo prius tanta legum aucto-
 ritate maiestas reposita fuerat
 vt qui in eo quicq̄ sacrilegij
 commisisset capite puniret, ut
 ex Aristotele colligit in q̄nto
 Politicoꝝ libro. ¶ Phœbi va-
 niloqui. varij, falsi, mendacis,
 scribit Porphyrius dæmonū
 cultor, mentiri dæmones in

oraculis solere, cuius cū de illis loqueret isthæc sunt v̄ba καὶ Δελφονταὶ περὶ πολλῶν
 ἐρωτηθέντες & mentiunt̄ (inq̄t) de multis interrogati. ¶ Conticuere. siluere, obmutuere. ¶ Pri-
 usq̄ sacræ. anteq̄ v̄ginis p̄tus. ¶ Puerperij. s. ¶ Virginis almæ. Christus videlicet ex v̄gine na-
 tus. ¶ Sparsisset lumina. singulari p̄ plurali, disseminasset, effudisset v̄itatis. s. iubar affluētissi-
 mum p̄ orbē vniuersum, tum quoq̄ nō solū Pythiæ nugæ, sed & oīa vana oraculoꝝ p̄scita
 rescissa sunt, & templa destructa, q̄bus Palladis auctoritas nil suffragata est, nec Iouis illa quæ
 celebrabāt trifurca fulmina. ¶ Almæ. si hoc nomē a latino v̄bo deductū hoc loco volumus,
 ut. s. ab alendo intelligat̄, op̄ime cōuenit v̄gini Mariæ, ea em̄ Christū quē sp̄s sancti op̄atiōe
 concepit & salua etiā v̄ginitate peperit, aluit, atq̄ nutriuit. Si v̄o nominis hebræi allusione di-
 ctum capimus mysterio cōuenit, nam almā v̄ginē pariturā esse, Esaias multo ante p̄dixerat,
 lumina inq̄ anadiplosis est figura. ¶ Propulsatura. depulsura, eiectura, eliminatura, fugatura,
 ¶ Tartareas tenebras. obscura mendacia dæmone tartareo mūdo illata, ac p̄ veris atq̄ diui-
 nis tradita, id effecit lumen Christi, q̄ omnē illuminat hoīem (vt loānes inq̄t) venientē in hūc
 mūdum. ¶ Nec secus abscessit. Compatio vt videt̄ non incōueniens, nam Christus iusticiæ
 sol, q̄ nubes mendacioꝝ & falsæ religionis, cuius obtectu diuinæ lucis radij nō admittebant̄,
 pepulit & dissipauit, vti em̄ nubes orientis solis potētiores radios nō sustinet, sed rarefit conti-
 nuo & dissipat̄, ita nec sup̄stitōis & scelestæ religionis nubes, oriētē iusticiæ solē pati potuit,
 sed cessit locū dedit, euauit, & eo magis, quo subiectas regiones irradiauit potētius, & cæca
 hominū pectora & obtenebratas mentes ardentius illustrauit, non secus siḡt̄ abscessit, discessit
 aufugit. ¶ Quā nubes. non dicit̄ nubs sicuti trabs & prex & plebs notauit Seruius. Aufonius
 tamē nubs, Periuꝝ Lapitan Iunonia ludificat nubs, sed p̄stat nubes dici vtroq̄; numero, & ita
 elegantiores fecisse auctores dep̄hendunt̄. ¶ Quæ p̄texere. operire, cooperire, velare, obnu-
 bere, obtegere. ¶ Cœlū. aerem. aer em̄ p̄ cœlo capi ab antiqs̄ solere notissimū est. ¶ Ocepit. in-
 cepit, principiū dedit, inchoauit, exorsa est. Claros ortus. lucidā & clarā globi solaris appa-
 rentiā, supra nostrum finitorem. ¶ Hyperionis. solis ita nuncupati, vel quia fabulose Hyperio-
 nis filius dicebatur, vt voluit Hesiodus, vel ἄπο τοῦ ὑπερ ὑμᾶς ἵεναι, id est ab eo q̄
 supranos eat. ¶ Attenuata. Efforta tenuis, subtilis, rara. ¶ Fugit. abit celeriter, dissipatur, po-
 stea & perit. Recedit in auras. resoluitur in aerem rariorem purioremq̄; nam quodam mo-
 tu & impetu caloris sibi contrarij, primum exagitur, quo fit ut tenuis quidam ventus gi-
 gnatur, qui nomine aurarum datur intelligi. ¶ Liquidas. puras atq̄ perspicuas, & ita liquidus
 aer persæpe Vergilio & alijs auctoribus latinæ linguæ dictus est. ¶ Flammiferi. calorē emit
 tentis & asserentis flammæ, compositio est ex nomine flammæ & verbi fero. rara tamen hu-
 iusmodi apud latinos dictionum conflatio, apud Græcos frequentissima, quibus in com-
 ponendis vocabulis, mira & diligentia & gratia. ¶ Vexata. agitata, deturbata, depulsa.
 ¶ Corusco. splendenti, lucido, illustri.

Nubes
 Aer.

Hyperio.

Auræ
 Flammiferi

HYMNVS

¶ Congressu. propinquitate atq; conflictu, qui nunq; deest inter calorem & frigus humidit
& siccum, & inter omnia plane cōtraria vbi proxima sunt. ¶ Ardenti nec dum. repetitio ē ad
maiores exp̄sionem & ad aggeratōnem facta. ¶ Conterrita. p̄turbata, afflictata, de p̄ssa ja
ctata cum sol supra nostrum finitorem circulū emerit. Cōperunt itaq; in Europa ante Chri
sti aduentū cedere dēmones & voces comprimere, q̄bus potissimum Romani postea p̄cellē
tes, stuperent & Græci sapientia celebres, mirarent, & eo magis q̄ in ip̄a Græcia euanescentes.

Græcia.

Nam Pythiæ oraculū & Del
phi, erant in Græcia, & alia eti
am pleraq; ex ijs quæ supra
recēsumus. Latum q̄ppe no
mē Græciæ, Homeri tempe
state, ut est ex Odysea collige
re. Et Pausanias scribit, eam q̄

Congressu, ardenti nec dum conterrita luce.
Ast vbi Nilias, p̄fugus descendit ad oras,
Ora bouis reticent, Argiux numina vacce

suo tempe Græcia dicebat, multis in locis barbaros tenuisse, ad Siciliam etiam & Italiam vsq;
ppagata est, cuius pars magna olim Græcia dicebatur, ut etiam Hieronymus adnotauit. sole
bant em̄ quondam in populorū Græciæ enūmeratōe Siculi & Itali censerī. Scribit em̄ Diodo
rus, in bibliotheca Xerxem cōuenisse cum Carthaginensibus, vt Græcos expugnarent, qd̄
ut facilius fieret Xerxem ip̄m illaturū Græciæ bellum. Carthaginenses vero eodem tempe, ad
uersus græcos qui Siciliam & Italiam inhabitaret, moturos arma. Nō solum aut Græci or
acula Christo nato cōperūt conticuisse, verū & Asiatica, & in primis quæ in Aegyptia terra,
omniū sup̄stitiosissima. ¶ Ast vbi Nilias. Vbi em̄ Christus a Iosepho custode in Aegyptū
vectus, ob Herodis sc̄uitiam, pdunt historiæ nostris conscriptæ, corruisse Aegypti simula
chra. Silere item oracula orbis terrarū reliquā cōperere, & tanto successu ut Hadriani tempesta
te vix vestigia reperirent, quod Plutarchus apud gentes grauis auctor, scribit eo in libro cui
titulū fecit q̄ oracula defecissent. Is idem Plutarchus palam arbitrat̄ fuisse eos qui illis p̄essent,
non deos sed dæmones, q̄ in edendis, videlicet oraculis, nōnulla etiam de carminibus Empe
doclis suffurarent, & malefici quoq; essent hominibus, & turpia atq; crudelia sacra p̄curarē,
& quodam eius opis loco, cū de cuiusdam oraculi silentio disputaret, q̄ multa celebritate vi
guisset, responsum dat̄ ijs v̄bis ΔΕΥ ΔΕΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΕΩΣ ΚΑΙ ΔΙΑΠΟΡΕΩΝ ΤΗΝ
ΕΥ ΘΑΥΤΩΝ ΤΩΝ ΧΡΗΣΗΕΩΝ ΑΜΑΧΥΡΩΣΙΝ ΚΑΛΛΟΝ ΔΕ ΠΛΗΝ ΕΝΟΣ Η ΔΥΟΙΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΚΛΕ
ΨΙΥ ΘΕΩΝ ΤΩΝ ΧΡΗΣΗΕΩΝ ΑΜΑΧΥΡΩΣΙΝ ΚΑΛΛΟΝ ΔΕ ΠΛΗΝ ΕΝΟΣ Η ΔΥΟΙΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΚΛΕ
ΨΙΥ ΘΕΩΝ ΤΩΝ ΧΡΗΣΗΕΩΝ ΑΜΑΧΥΡΩΣΙΝ ΚΑΛΛΟΝ ΔΕ ΠΛΗΝ ΕΝΟΣ Η ΔΥΟΙΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΚΛΕ

Apidis
oraculū

Isides due

Io

¶ Apidis oraculū, de cuius templis supra dictū obmutuit, bouis aut, quoniā Apidem bouē esse
monstrauimus, q̄ Aegyptijs (vt inqt Luctatius) motu corporis sui, & q̄busdam signis, futura p̄
dicebat. ¶ Argiux vacce. Isidis, supra ostendimus geminas Isides solere citari, alterā Aegypti
am, argiux alterā, de illa supra, de hac ad p̄ns intelligimus, q̄ prius Io dicebat. Inachi regis Ar
giuorū filia, quā Inachiā p̄pterea iuuenā appellauit Verg. & q̄ defuncta ppe Silpion montē,
nomē loco dedit Iopolin apud Antiochiā illā ab Antiocho Seluico cōditā, cui nomē postea
fuerit vrbs dei, tempe Iustiniani principis Thracensis Iustini nepotis, vt pdit Eustathius. Eam
ab Ioue raptam, & in vaccā, ira Iunonis, cōuersam fabulabāt. Scribit Palephatus fuisse Io Ina
chi filiam, cui ciues id honoris impenderūt, ut Argiux Iunonis sacerdos esset. Ipsam vero cū
in vtero concepisset, patris & ciuū metu ex vrbe fugisse, quam vbi Argiui quæsitam comp̄
hendissent, in vinculis habuerūt, dicebat aut q̄ velut bos οἷς ἐκαστα, i. œstro percita fugisset
in Aegyptū, quo cū puenisset, peperit, vñ fabula postea conficta est. Herodotus voluit ip̄am
Io Phœnicū nauī, ppinquasse, & a nauclero comp̄ssam, quæsisse ut in Aegyptū pferret, addi
dere fabulæ ira Iunonis in vaccam v̄sam, & œstro sollicitatā. & Lucianus fabulā haud ut alia
omnia p̄ter ppriæ linguæ cultū irridens, Iouem introducit Mercurio p̄cipientē, ut Argū cu
stodem Io, q̄ ut ille ait αὐτῷ οὐδὲν, iterficeret, atq; illā in Aegyptū pductam, Isim & deam effi
ceret, sed putauit cū Palephato Zezes ipsam Ionem œstro percitā instar bouis aberrasse, per
monstro horribiles exercuit iras Inachiæ Iuno pestem meditata iuuenā. Alij, nauī, cuius bouis
esset insigne, vectam dixere, & ideo vaccæ formā ip̄i tribuere. Alij, a duce Gnosio cui Tauro
nomen, abactam maluerē, iussu Asterij minotauri Crete regis, q̄ Palsphaes & Tauri ducis fili
us habitus, cui tamen tauri faciem nugādo gētes indiderē, Alij Phœnices Argos petiuisse di

serūt, & Io regis filiā rapuisse atq; ad Osiridem in Aegyptū ptulisse, quod Lycophrō visus ex
primere cū inqt, lupos rapuisse ΤΗΥ ΒΟΩΠΙΥ ΤΑΥΡΟΤΑΞΕΒΕΥΝ ΚΟΡΗΥ. & dedisse ΜΕΜΦΙΤΗΤΕΣ
μω. Nec tñ vñ diximus Io sub Isidis nomine culta est ab Aegyptijs, quorum etiam supstitio
Romam inuasit, in qua templum Isidi structum erat in Martio campo, & constituti sacerdo
tes, q sub Tyberio Cæsare, ob immane flagitiū extincti sunt, inducti em̄ p̄tio ab homine Ro
manæ militiæ, q nobilē matronā deperibat sinxere & sceminæ psuasere Osiridem illius con
gressum q̄rere, quæ supstitioe
magis q̄ libidine mota, cuba
uit in Isidis templo, in quo mi
les ille delitescens, emēta Ofi
ridis imagine, sceminæ stupræ
intulit, ut hinc aduertat supsti
tiosiores multerculæ, ne apo
statis sacerdotib; abutant, illa
em̄ p̄ter alia, pudorē illi vitā
amifere, & i simulachr; q̄q; Isi

Dispereunt, fauces iam tum p̄clusus Anubis
Latratu Pharias ne quicq; territat vrbes,
Pollutoq; ruunt simulachra infanda sacello,
Exortæ in tenebris sunt hæc primordia lucis.
Sed postq; superas victor remeavit ad arces

dis animaduersum est, vt Egessippus in historia narrauit longo progressu. Et meminit etiam
Iosephus in octauo decimo antiquitatum. Nos autem aduertere possumus, eo tempore Isidē
cepisse Roma exulare, quo christianæ imperiū fidei, per orbē vniuersum propagari oport
ebat. Christo autem in Aegyptum perlato, ex Aegypto Isis aufugit, nam illius p̄sentia supra
diximus & templa & phana Aegyptiorum vanitate structa corruisse. Iuuenca & bouis no
men, heroicum magis videri quibusdam posset q̄ vacca, sed præter alia id nobis adstipula
tur Papinij in vndecimo Thebaidos, Horret ager trepidæq; expectant p̄lia vacca. ¶ Reticēt,
silent, conticescunt. ¶ Numina, dæmonum voces falsa numina. ¶ Dispereunt, delentur, disti
pantur, abolentur. ¶ Fauces iam tum, diximus Aegyptios pro numine canem habuisse, Anu
bim dictum, qui clausis videlicet & obturatis faucibus, responsa non dabat, græca γο loquē
di figura, dictum est fauces præclusus Anubis, ut oculos suffusa nitentes. ¶ Latratu pharias:
ex quibus Aegyptiæ vrbes non terrerent, ex Phariæ dicuntur, a Pharo insula, quæ, ut Stra
bo ait, oblonga continenti adiacet inter duo promontoria. Ipsum autem quod est in insula, p
montorium petram esse dicit mari clausam, quæ turrim habet multis tabulatis excelsam, & al
bo lapide mirifice structam, eodem quo insula nomine, in qua collucescunt ignes noctu, con
sulebant nautis ne portum ignorantes periclitarentur, opus a Softrato Gnidio confectum.

¶ Territat. Dictum autem terreri vrbes, quoniam Anubim diximus canem esse, & canū la
tratu prætereuntes viatores horrere atq; terreri solent. ¶ Nequicq; frustra id em̄ aduerbium
duplicem obtinuit significatū, alterū pro eo quod frustra. Verg. hic me pater optime fessum
Deseris, heu tantis nequicq; erepte periculis. Et alibi, ter saxea tentat Lumina nequicq;. & iterum
Multa viri nequicq; inter se vulnera iactant, & etiam pro aduerbio negandi sæpenumero su
mitur. ¶ Pollutoq; ruunt, polluto, cōtaminato, turpi sacrilegio corruerūt, q̄ppe vt diximus
in Aegypto simulachra dæmonū, vbi eam Christus est ingressus, declinata leuientis Herodis
inuidia. ¶ Sacello, templo, delubris, diminutū est nomen a sacro. Varroni tamē placuit sacel
lum dici quasi sacram cellam. ¶ Infanda, scelestā non digna fari, quod enim horremus, &
mirum in modum ob sui nequitiam offendit, & ab auribus atque animo abhorret, id in
fandum, nefandumque dicimus, & nefastum, de cuius æthymologia supra diximus. Idola
vero gentium sunt huiusmodi & eorum quoque vocabula de quibus ait in Psalmo Pro
pheta. Nec memor ero nominū eorum per labia mea. Et sanē vt gentes ipse autumabant, sa
cre se & ex religione facere cum ea tractabant, ita nos illa nisi inter confutandum & explo
dendum promere non conuenit, ex quo illud emolumentum trahitur, quod Christo grati
as agere comonemur, qui ea dissipauerit, & nos ab ea liberauerit perniciæ, quæ inde nobis
imminebat. ¶ Exortæ primordia lucis, primordia hæc sunt & initia signorum, quibus Chri
sti diuinitas apud omnes gentes declarari potest, cuius veritatis lux, mēdacia dæmonis mor
tiferā pepulit, & hominū simul illustrauit mētes, q̄ lumen ipum cæca obstinatōe minime refu
tarūt, iuxta illud p̄pheticum in Psal. Exortum est in tenebris lumē rectis corde. ¶ Sed postq;
superas, vbi vero Christus ascēdit in coelum, & Apostoli p̄ terrā; orbem euāgeliū p̄dicarūt,
¶ Triumphata morte, hoc est deuicta, subacta & debellata, quod enim insigniter victum est,
triumphatum dicitur, a triumpho clare & insignis victoriæ premio, vñ illud Satyrici poetæ:
Nuda triūphati iacuit p̄ regna Iugurtæ, & illud Verg. bisq; triumphatas vitroq; ablittore gen

gressum q̄rere, quæ supstitioe
magis q̄ libidine mota, cuba
uit in Isidis templo, in quo mi
les ille delitescens, emēta Ofi
ridis imagine, sceminæ stupræ
intulit, ut hinc aduertat supsti
Solymi ¶ Flexit itaq; multos Hebræos. ¶ Supero. diuino. ¶ Spiramine durissima corda. dictū em̄ ab ip̄o deo Iudæos dure ceruicis populū esse. ¶ Solyme gentis. Iudæorū q; & Solymi dicti ab vrbe digniori Hierosolymis, de cuius excidio p̄ Titum celebrato, Domitiani carminibus Valerius Flaccus ait. Namq; potes Solymo nigrantē puluere fratrem, Spargentēq; faces & in om̄i turre furentē. Est & Solyma quoq; vt Stephanus auctore quadrato pdit Assyriorū vrbs, post euersum templū quod erat in Hierosolymis ædificata, & Solymi quoq; Pisidæ nuncupati, de qbus Cicero meminit, q; cantu & volatu auitū res futuras certissime declarari putabāt. ¶ Moxq; dein i Macedonia p̄fectus pdicauit, ut in ea quæ a sacerdotibus ex officio de ip̄o Apostolo legit̄ historia, patet. ¶ Macedum. Macedonum, nota syncope figura notus & vsus. Rex Macedum Macedum gens dura & multa eiusmodi, origine vero ductum nomē a Macedone regionis duce, quæ prius dicebat̄ Aemathia. ¶ Colla obluētia, duras & reluctantes ceruices. ¶ Leni. placido & suauī. ¶ Iugo. Christi. ¶ Dehinc. potest diæresi dehinc manere, tametsi Horatius dixerit. Cogitet vt speciose dehinc miracula p̄mat, vna illud syllaba comprehendēs. inde aut̄. ¶ Peruectus. s. sp̄i. ¶ Ad austrū. ad meridionalē p̄tem ex qua p̄ fiat Auster calidus ventus & humidus, pluuiæ fœcūdus. ¶ Docuit nigros Aethiopus. p̄p̄os nigro colore, p̄stos solaribus radijs, atq; inde nomē sortitos απο του αφεδν ab ardēdo, ad austrū aut̄ Aethiopes sunt, & ad orientē & occidentē ut voluit Homerus, atq; etiā p̄pe Aegyptū, vñ & Aegyptus quōdam vocata est Aethiopia. Hos aut̄ Aethiopus Cambyses euellit, illos mirū in modū celebrat Herodotus, uti longeuos, maximos, optimos, diuissimosq; adeo ut apud illos rei cōpedibus aureis illigent̄, ibiq; maiorē auri q̄ ferri copiā esse. ¶ Hyrtaceo. tyrranni nomē Hyrtacus, quo iubēte coronatus Ap̄ls martyrio. ¶ Molli vrbe. delicijs dedita. ¶ Pharetræ Persidos. regionis Persarū q; pharetris & arcibus bellant, antiquū Persidis epithetū, Verg. Pharetræ vicinia Persidis vrget, a Perside aut̄ populi Persæ, a Perso Medæ, ut voluit Stephanus, a Perseo Danae & Iouis ut Herodotus, aliq; a Perso Persei filio, aliq; a Perso filio Mædi vt est apud Eustathiū. ¶ Parthis. populi sunt orientales vicini Persis, & inter Persarū gentes quandoq; nuncupati, sub Artabane rege gubernabant̄, cuius sedes olim in Ctesiphōte vrbe posita, vt Herodian⁹ meminit in tertio historia, q; & in sexto eiusdē opis scribit, post Darium cui Alexander abstulit imperium Persarū, & post obitum Alexandri & discordiam Macedonū, q; illi in Asiæ regionibus gubernādis successerāt. Arsacē Parthū barbaris earū regionū psuasisse, vt a Macedonibus deficerēt, impositoq; sibi diademate. Parthorū & vicinorū barbarorū cōsensu tenuisse regnū, & reliquisse posteris, ad Artabanū vsq; regē, q; rex magnus primus appellatus est, & duplici diademate utebat̄, quo interfecto & Parthis superatis, Artaxerxes Persis ip̄eritū restituit. De Arsace illo meminit Strabo viro, Scythia, scdm̄ aliq; Bactria no, ut placuit qbusdā Dao, Dai at̄ vltra Meotim p̄p̄i sunt, a qbus Parnos, q; & Dahi crediti, q; & ab aliqb⁹ Daci dicuntur, p̄fectos existimarūt nōnulli. hic igit̄ Arsaces post Bactrianorū defectū em̄, opa Euthydami factā, cū haberet q̄sdā ex Dais q; p̄ni dnr̄, Parthiā inuadēs obtinuit, & deinde oēm regionē cis Euphratē, & Bactriane p̄tem impio Parthorū adiectā, antiqu⁹ Scythas fuisse Parthos consensit Steph. indeq; fugisse Medo regnāte, & eius regionē habitasse, indeq; illis nomē fuisse, cū lingua Scytharū Parthus pfugū vel fugacē sonet φρυλαξο illi dicit̄, Latini antiquores exulē dixere Parthū, eadē cū Stephano putauit hac in parte Eustathius, sed Stephanus adiecit Parthos etiam lingua Medorū appellatos, ob terræ quam inhabitarūt naturam, quæ & Palustris esset & incurua, dicti idem & Parthici & Arsacide. dicitur autē Parthiam a meridie mare rubrum, a septentrione solum Hyrcanum claudere, & auctore Solino a quo non dissensit Plin. decē eius & octo regna in duas p̄tes diuidunt̄. Medi autem Parthi dicti sunt ab Egesippo, qui in historia scribit bellum Parthicū inter Machabæos duces, gentemq; Medorum, diuturnum ac frequens, variaq; victoria fuisse. Parthos etiā Medorū noīe significauit Oratius, canēs in secūda Ode. Neu sinas Medos eq̄tare inultos, Te duce Cæsar, q; loco

Corda virum supero primū spiramine flexit,
Moxq; iugo Macedum colla obluētia leni
Subiecit, nigrosq; dehinc p̄uectus ad austrū
Aethiopus docuit, demum confossus ab ense
Hyrtaceo in molli pharetræ Persidos vrbe
Compositus, Parthis suauē spirauit odorem.

enarrator eius scribit Medos esse Parthos, a quibus Crassus occisus est, & Mediā Parthorum in clu di regno Plinius voluit. Lucas vero in actibus Apostolorum Parthos discreuit a Medis secundo capi te scribens, Parthi, & Medi, & Elamitae, & qui habitant Mesopotamiā, Verg. etiā (ut de gentibus quo que p hac parte testimonia non desint) Medum se creuit a Partho, in. iiii. Georg. canes. Lydia nec po puli Parthorum aut Medus Hydaspes. Dicta autē Media a Medae filio Medo, ut Iustinus, p dicit hi storicus, & Stepha. Quin etiā Mediā portis Chaspis adiacere scribit. ¶ Inde Lycaoniā. Lycao

Lyconia

Inde Lycaoniam Ptolemæi filius ense
 Diuini eloquiū discurre, feruidus Indos
 Accessit, iussu tandem nudatus atrocis
 Astyagis, pellem stillantem sanguine multo
 Armeniae populis monstrauit tectus amore.
 Flammatis Iudae vobis gens effera Ponti
 Cessit, & Euphratis tellus, quae hinc gurgite vasto
 Adluitur, celerique illinc percurritur amne
 Tigridis, admisit caelestis lumina vitae.

nia regio Lycia & Isauria, quae
 quae & Lycaonia etiā dicta ē Ar
 cadia, Stephanus, Eustathius,
 caeteri. Lycia vero ex Lyco Pan
 dionis nomē sumpsit, & Ly
 cia quoque est prope Ciliciā Ly
 cia in qua regnauit Sarpedō,
 hanc Bartholomaeus Lycao
 niā ingressus, Christū p dicit
 uit, indeque accessit Indos, ut in
 eius gestis habet, & meminit
 Hieronymus de Pāthēne phi
 losopho differēs, quae missus in
 Indiam pro nostra religione, re
 perit ibi Bartholomaeū Apo
 stolū, euangelistū quod est secū

Lycia

armenia

hexapoli

Atrox

Gutta

Stilla

Pontus

puerbiū

Mesopo

tus

mesopo

tus

mesopo

tus

mesopo

tus

mesopo

tus

mesopo

tus

mesopo

tus

mesopo

tus

mesopo

tus

mesopo

tus

dū Mathaeū p dicit, tandem ope Astyagis saeuientis pelle detracta, pro Christo sanguinē fu dit in Armenia, ea regio est vicinia Persidi. Minorque & maior eius nois puincia dicit, illius si nes p dunt a septentrione Colchi & Albani populi, ab occidente Cappadocia, ab oriente Hircā num pelagus, ab Armeno quodā Rhodio dicta, ut placuit Antipatro, ut autē Eudoxo in ter ra descriptōe, & Herodoto quoque non displicuit, a Phrygibus Armenij genus traxere, ut alij ab Armeno heroe, qui ex Armenia vrbe Thessaliae profectus, cum Iasone militauit. est & mons in finibus Hyrcaniae, quae Armenius dicitur, a quo Phasis defluit. Alij eum in Tauri partem foer cere montē Armeniū, quae Armeniā usque p tendere, quae quidem Eustathius p dicit in quattuor diuisam fuisse ptes, a Iustino rege. Primā Heptapolim foerere, cuius caput hexapoli, quae prius Leontopolis. In hac & vrbs Theodosij & colonia & τετραπολις & cerasus. Secūda Armenie ptem quaeque vrbus cōstituunt, quae Sebastia vna est. Tertia Hexapolis, quae olim dicta Secū da Armenia, Melitene, Comana aurea & cucusus. Quarta Satrapū gubernabat imperio Zo phane & Balbitene, in hac Armenia Ptolemæi filius. i. Bartholomaeus pellē dedit. ¶ Nudatus. Spoliatus, nudatus dicitur quod tectus erat, ad nudi differentia iussu Astyagis tyrani. ¶ Atrocis, diri, fe ri & rigidi, cuius nois primā Verg. corripuit, vrit atrox luno, p duxit luuenalis, p mittit atro cem animū, idque rōne mutae & ligdaefactū est, nudatus itaque Apollus monstrauit Armenie po pulis. ¶ Pellē stillantē sanguine multo, guttatim fluētē, quae videmus in corijs ex aialibus receter detractis, videmus in vestibus vel alueo fluminis immersis, vel madefactis fluuio. vñ illud Et multo stillabat penula nymbo. Vicentinus tñ Palemon ut supra diximus inter guttā & stil lam hoc interesse decreuit, ut illa staret, haec caderet. ¶ Tectus amore, quae sibi carnem vice pellis operiebat, calfaciebatque. ¶ Flammatis, Iudas autē Apollus quae & Thadeus Apollus, Jacobi frater, cuius epistola in canone sacrae literae noui testamenti legit, Pontum & Mesopotamiam, ad Christi fidem concitauit. Pontus prope ut Suidas notat, quod inter Euxinū & Cheronēsum in teriacet, ab vsu autē omne mare Pontus dicitur, & in puerbio tractum est, pontus bonorum, ad sub signanda bona, cum multa, tum magna. Mesopotamia vero regio ita nuncupata, quae media du obus fluminibus claudatur, Tigride videlicet & Euphrate. Itaque. ¶ Ponti gens effera, bellax & durata praehis, quorum olim Rex Mithridates multos annos cum Romanis dimicauit, nec solum ob hoc dictum a nobis id putari velim, sed quoniam in eius Apostoli vita, quam ex officio legit sacerdotes, efferas & indomitas gentes dicitur sancto dogmate mitigasse. ¶ Cessit, non armis, sed. ¶ Verbis Iudae, Apostoli. ¶ Flammatis, ardentem depromptis, & su perno spiritu prorsus incensis & igneis. ¶ Et tellus quae hinc & illinc fluujs clausa est. ¶ Ad misit, voluntate & fide. ¶ Lumina caelestis vitae, ministerio Iudae diffusa. Circumscribitur vero & exprimitur Mesopotamia fluuiorum complexu Tigridis & Euphratis, quo

HYMNVS

rum fluenta Mediam ab utroque latere concludunt, iucq; de paradiso terrestri, sacrarum auctoritate scripta, deriuant. Nil aliud gentes norunt, quod de Armenia montibus profluant a Niphate Tigris aliunde Euphrates & Araxes. illi autem Gordianorum terrae secantes, per Babyloniam fines, in rubrum mare prorumpunt, ut Curtius voluit, ut Solinus. Strabo, Herodotus, Eustathius, alij Euphratem influere Babyloniam scribunt. Eustathius in Persicum eructare sinum voluit. Herodotus in rubrum mare, quod Persicum etiam mare rubrum dici obseruauimus. eundem Euphratem voluit Herodotus ipse terminum haberi Ciliciae & Armeniae.

¶ Gurgute vasto aquarum abundantia, quae fertiles adeo campi reddunt, quae inter ipsum & Tigrim interiacent, ut ex nimia

Indorum ad tumulum Thomas prexit, Hydaspem Spectauit tumidum, transmisit & arua Choaspis.

Euphrates.
Tigris

fatietate periculum sit pecoribus ne moriantur. spacium id quod inter haec flumina interiacet, septem diebus a celeri viro confici posse cecinit Dionysius. Euphrates nomen sumpsit ex eo quod bona ferret. Tigris a celeritate & cursu nuncupatus est, nam tigris Medorum lingua, ut Solinus ait, & alij sagittam significat, omniumque fluuiorum velocissimum canit Dionysius, alij tamen a tigris aiali dicitur uoluit Tigrim, & super hoc narratur Dionysii & Iunonis fabula, quam nos exploramus. ferturque Syllax ei antea fuisse nomen, ut est apud Eustathium. Phasim tamen eum incolae, ut scribit Curtius, uocant, oriturque prodit in montibus Vxoribus, & per quinquaginta stadia siluestris ripis precipit inter saxa deuoluit, nauium tamen patiente esse. de stadiis, & Persico mari se tandem insinuare. Alij nomen infertunt ut Tigrios grandis casus habeat. Alij Tigrinos, ut Iulianus & Arrianus in historia de gestis Alexandri. idem tamen Tigridos posuit. Alij Tigreos Attice. Tigridos etiam ponit obseruauit Eustathius ab eo quod Drama Susannae scripsit, quod & Damascenus fuisse credit. Xenophon quoque Tigridis Paphlagonici fluuij meminit, cuius gratiam & ipse. o. puro profert. Herodotus etiam triu fluuiorum Tigridis nomine mentem fecit. ille autem de quo loquimur quod cum Euphrate Mesopotamiam ambit, humilior multo Euphrate ipso phibet.

Indi.

Patala

¶ Indorum ad tumulum. Indi & Indici ab Indo fluuiio denotantur, auctore Stephano, Brachmanes Indiae sapientes habitant tumulum quendam, referente Philostrato, quo Thomas Apollonius, ut ex eius vita quae legitur ex officio sacerdotibus, euangelium predicauit. Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, Brachmanis, & ad Indiae usque superiorem predicandi euangelij gratia prexit. Indi autem ab Indo fluuiio maximo dicuntur, quae accolunt Scythenoti uel Indoscythae fluit a quadam Tauro monte Arctico orientali, & in notum uergit, duobusque hostijs ingreditur mare, ut Deltam constituit Arriano auctore, urbsque in ea Patala, a qua & Patalena insula cognomen accepit. ad hos itaque populos Indi accolae prexit Thomas, & eo etiam missus Panthenus Stoicus etiam phis. ob eruditiois gratiam, a Demetrio episcopo Alexandriae, ut apud Brachmanas uideret, & illius gentis philosophos Christum predicaret, quod Hieronymus ait in li. de uiris illustribus, & in epistola ad magnu oratoru, multi enim diuersarum sectarum philosophi, multique senatores pro Christo laborarunt, aeditis etiam libris & eruditioe & fide splendidissimis, quorum nec sacerdotio, nec ullo ordinisacro initiati, ut apud Hieronymum plurimarum, & apud Gemtiadiu licet uidere, tamen quatuor ad hoc atinet sacer habet, quod recta fide & eruditioe pollet, ne altero indigus labat in haereses, altero nudus mordeat ab his quos reprehendit, utpote quod apud eos testimonij uiri non possit, quibus illi stadiu arbitrentur, quemadmodum Cyprianus martyr quod eruditissimus, castigatus est, narrante Firmiano, & Hieronymo referente, quoniam aduersus Demetrianum qui erroribus gentium detinebatur, dum scriberet, non philosophorum aut poetarum, sed eloquij sacri testimonij ueretur.

Hydaspis

Choaspis

Susa

Hypanis

¶ Hydaspem, fluuium Indiae, cuius aqua ut prodit Curtius delicatissima est, nomen sumpsit ab Hydaspes Medorum antiquissimo rege, quod etiam uaticinia posteris reliquit, ut est apud Firmianum in septimo. ¶ Transmisit & arua Choaspis, is fluuius ex Indo profluens, ut Dionysius canit, & scribunt alij, cuius aqua Persarum reges uerbantur, ut est apud Herodotum. Susa autem propter fluit, ut Strabo & alij. Susa autem insignis urbs in Perside Memnonis opus, eundem Choaspem alia parte operis Geographus scribit in Cophem fluuium mittere, post Cophem autem Indum esse, post Indum Hydaspem, post illum Accesinem & Iarotem, postremo Hypanin, & ultra non progressum inquit Alexandriae, tum propter oracula, tum propter exercituum laboribus defatigatum, est & alius Hypanis prope Borysthenem, de quo idem Strabo alio loco. Meminit & Stephanus Hypanis & fluuij & urbis, inter Meoticam paludem & Pontum, & Alexandro Polystore auctore scindi Hypanim, & partim in Paludem, partim in Pontum influere. Addidit Metrodorus amarum in eo fonte ingressum, quo fluuius inficitur ne potui faciat satis, quod Solinus quoque prodidit & alij.

Hyranosq; sinus. dictus em puenisse ad hyr canos, ea gres est, ppe Caspiū pelagus, qd etiam Hyrcanū appellatū est, est & Hyrcania Thraciæ ciuitas, & vicus itē palestinae Iudææ ppinquus eodē noie, ab Hyrcano sortita nomē, de q; plura Iosephus & Egesippus. est & pter hęc Hyrcanū Lydiæ solū. ¶ Et arua subegit mollis Achemeniæ. Achemenē Parthorū regem Porphyrio voluit esse, & ex Achemenidaz; pgenie deriuatos Persaz; reges Herodot⁹ scripsit, ex q; forte Achemenia. Persidis tñ ps Achemenia regio est, ab Achemeno Aegē filio, Stephan⁹ auctor.

hyrcania

Achemenia.

Hyranosq; sinus pagrauit, & arua subegit
Mollis Achemeniæ rigidis regnata tyrannis.
Tū Solymos Donatus adit, Solymosq; Iacob
Tundit, & exerto fidei mucrone Philetum
Hermogenēq; magos sacra demersat in vnda,
Illum mox vasto bellax Hispania tractu
Suspicit, & nigri iam longe a finibus orbis
Inuisunt mystæ. tumidū nam mira p æquor
Cymba tulit supero quā princeps rexit olympo
Et mox Callaica celebrē sacrauit in vrna,

Achemenē Persei & Andromedę filiū, eiusdēq; nois vrbe pdidit Lutatius & alibi, qd certe non recipimus, dici voluit Achemeniā a rege Chaldæo, citatq; sup hoc Sedulij carmē in testimoniu. Cuius Achemeniā rabies accēderat irā Plus fornace sua. Sed nihil aliud Sedulius eis v̄bis significat, q̄ tris illos pueros a rege Babylonio, in fornacē missos, vt sacra narrat historia. ¶ Rigidis regnata tyrānis. eoꝝ at re ges crudelitate notati & rabie, q̄ propter & Sedulij de tribus

pueris a rege ip̄o Chaldæo fornace cōclusis, cecinit carmē mō citatū, nō autē qd Achemenia p pterea denoiare a rege illo Chaldæo, cui nomē Nabuchodonosor fuit, apud sacras l̄as, ē q; q; si recte memini apud Theodoretū Persice crudelitatis mētio. ¶ Tum Solymos. Matthias Ap̄s, q; & latine Donatus, auctore Hiero. Iudæis Christū pdicauit dictis a Iuda filio Iacobi nepotis Abrami Patriarchæ, q; primus dei p̄cepto iam senex p̄putiū sibi abstulit virilis mēbri, et filiū quoq; xij. agentē annū circūcidit, quē morē iudæi ad hęc vsq; diē custodiūt, & quo tpe inhabitariūt Aegyptū, ad eoꝝ imitatōem plurimi sibi pudēdi pellē abscederunt, qd & seruasse Pythagorā legi, ab Aegyptijs hoc ip̄m sicut & alia nō pag; multa p̄doctū. ¶ Solymosq; Iacobus tūdit. Iacob⁹ q; Ap̄s Ioānis frater in eos p Christo v̄ba forcerat, ab Herode capite multatus. Iacobus q̄ dr̄ syllabū nomē prima & secunda breui, sic & Claudianus. Ne laceres v̄sus dux Iacobe meos. ¶ Et exerto. nudato. ¶ Fidei mucrone. euāgelico gladio, nā & gladium fidei v̄bū dei interpretari solēt. ¶ Philetū & Hermogenē magos. tumidos artis vanitate, syllepsis ē figurā, Philetū & Hermogenē magos. ¶ Demersat. submergit. ¶ In vnda sacra baptismatis, ij em sibi aduersati fuerāt, mox diuina v̄tute Iacobū aduerterūt malignos spūs cōpescere & vincere, q̄re Philetus Hermogenis discipul⁹, ip̄eq; Hermogenes ad Christi fidē cōuersi sunt, p pte rea Abyatar sacerdos ira & odio cōtabescēs, excitata ppli seditōe, cōphēsum Ap̄m Heroditradidit interficiēdū. ¶ Illū mox. illū v̄o post martyriū bellax Hispania suspicit, venerat. suspicio noti significati p sursum aspicio, inde p eo qd est veneror, q̄ si eos q̄s veneremur desursum aspiciamus. Is ē cuius nūci. Hispania corpus iacet, clarissima nois & miraculoꝝ fama, et nigri Aethiopes & Indi iam lōge a finibus. ¶ Orbis. eoi. ¶ Mystæ. sacerdotes ita αδο τ̄ μυδ̄ u. a. a mysterijs, ab initiādo, & απ̄ο τ̄ μυδ̄ τ̄ ο̄μομ̄. Mystes est apud Horatiū. apud Ausonū um myste sacerdotes, vñ illud, Celebrāt ieiunia myste. Papinius q; q;. Votiuā taciti quassamur lāpada mystæ, & Seneca in Hercule furēte. Attici noctem celebrare myste. Dicta at mysteria ab Attico qdam Myente, q; venādo perierit, Apollod. est auctor. ¶ Inuisunt. ad vidēdū vadūt, ita viso & inuiso significat, tñ & p primitiuo sumunt. i. puidēdo inuisunt. Igit tracti præconijs Ap̄i, q; unq; em ex Aethiopia & India sacerdotes ad occidentis regionis pueniūt Calletiā ad venerādū Iacobi reliqas solēt trāsferri sese. ¶ Tumidū nā mira. eo autilla p̄ducte sunt. insigni & memorādo miraculo, q̄ p̄cū. ¶ Cymba. paruū nauigiū. ¶ Per æquor. nullo remige duxerit utpote. ¶ Quā. ex. ¶ Supo olympo princeps oim deus. ¶ Rexit. eo em volāte cūcta pficiuntur. cuius nutu etiā parēt inanima. ¶ Et mox celebrē toto terraz; orbe. ¶ In vrna. in sepulchro. ¶ Callaica. apud Callaicos populos insignes olim auri fodinis, vñ Papinius. Nō tibi Callaiqs q; q; d̄ fo dit Astur in aruis. ¶ Sacrauit. sacratū hoibus. reddidit, scripserūt & Io. Bethelus & Vincēius & Iacobus Genuēsis archiepiscop⁹, discipulos Iacobi, nauim cōscēdisse, & defunctū

Iacobus ap̄s.

Suspicio

Mystæ.

Cymba

HYMNVS

magistri corpus secum ferentes, idipm diuinæ puidetiæ comédasse, & in Callectiâ puenisse, cada uerq; ipm e nauis sumptû supposuisse lapidi, qd mox eidē ipi sese in sepulchr̃ aptauerit. ¶ Tū q; Ephesi. Ioānis euāgelistæ acta in Epheso, & in Pathmo insula subdicant, q̃ relegatus a Domitiano Cæsare, multa p̃clara molitus est. ¶ Delusit igi. ¶ Molles triuie honores. Dianæ q̃ & triuia, & alijs etiā qd añ relatū est noibus, appellata, q̃ Ephesi colebat insigniter. est at Ephesus p̃clara vrbs Ionia, q̃q; Herodotus Lydiæ maluerit esse, dicta est de noie Amazonis cognoie ut Steph. Eustath. ali. Apud Eustathiū eūdem ferūt Amazonē quādā dū fugā ab Hercule pateret, ad arā Dianæ se cōtulisse & ibi τῆς ἑσπερίας, hoc est dimissionē consecutā. p̃pterea q; locū Epheson quasi Apheson nūcupatū. vocata est & Smyrna ab Amazonis noie, & Sarmona, & Trichia, & Ortygia, qd supra in inuim⁹ & Ptelees etiā, q̃ cū sita olim cōcauo in loco eēt, & imbrīū vastitate picitati fuissent icolæ, sum mouit eā Lyfimachus, & Arsinoen de noie vxoris appellauit. Est & Ephesus in Nilo insula, ut pdit Steph. & Chios, & Lesbos, & Samos, & Cyprus, & aliæ auctore Hecateo. Qui aut molles Dianæ honores fuerint, de qbus Martialis cecinit, multi interptes multa, & p̃terea Politianus idipm ad effigiē multarū mām̃arū, cuius Hiero. in ep̃sa Pauli ad Ephesios meminit, & ad solennē pompā, de qua Xenophon Ephesius, & ad sacerdotē Dianæ ipius emasculatum, de q Strabo & Ephesius Heraclitus docuit posse referri, q̃ quo mō̃lis ỹtaf, delusit honores Triuie. ¶ Ioannes quoniam ea pulsa, Christum Ephesij coluerunt, Ioannes inq; qui subtilitate intelligentiæ de pectore saluatoris hausta, cum illi recubuit in cœna. ¶ Penetrat culmina cœli, percipiendō & explicandō, q; in principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat ỹbum, dictū autem culmina cœli ἀπολαβὰς μετὰ φῶρα, nam sic culmē p̃ cœlo capimus, ut p̃ mō̃te, vñ infra Parnasi bifido culmine. ¶ Alte, itaq; mentis & sublimis fuit infuso dū uinitus lumine sublata, q̃ propter aglæ similitudine exprimit, cuius pprietas ut in offenso lumine Solis iubar aspiciat, ad qd cæteri mortaliū oculi caligēt, eodēq; lumine. ¶ Dispulit, effugauit, discooperuit, pdidit. ¶ Cynopē cōsulum Magiæ, q̃ Ioāni resistens mortuos in Patmo insula suscitare fingebat, & accibat dæmones Patmū insulā ex Sporadib⁹ vnā, ad Icartū mare & vrbē ad Carpathium mare vetustā scribit Eustath. ¶ Tumq; senex Andreas, senex enim erat, nā ætate ỹgēte in seniū Christū secutus est, & tpe prior alijs. ¶ Fudit, vicit. ¶ Varios Acheos, prius em̃ in Scythia p̃dicauerat, Eusebius ē auctor, græcos varios, forte nōnulli crederēt fallaces & incōstātes, sed ideo id diximus, qm̃ variæ natōes Achiuorū vñ supra diximus, q̃ autē Achei dicunt̃ in p̃ntia Achaiæ, puincia pp̃si sunt, qbus Andreas Christū p̃dicauit, & in q̃ p̃ Christo neci datus, ut ipi Achaiæ sacerdotes ei⁹ discipuli Irīs, pdiderūt, q̃q; Achaiā p̃ tota Græca Suidas exposuit. Acheos at nūcupat Spartiatas Pindarus in Isthmiaco hymno prmio, & ideo, ut eius interps notat, q; primū ipa gēs Spartam habitauit, postea Herculidis secedētibus Doriēses nūcupati sunt. Homerus græcos oēs Achiuos vocat, sicut & Danaos & Argiuos. Argos ỹo mō̃ alumnū equorū, mō̃ pelasgū, mō̃ lasium appellat. Opinatur q; Strabo epithetis illū diuersis, varias græcorū gētes distinxisse, & Pelasgo Thessaliā Acheo, & Iasio significasse Peloponessum, pprieq; Achiuos esse q̃ Peloponessum inhabitēt. Sūt & Achei ppe Caucasum q̃ ex Troia illuc iuerūt tēpestatibus acti, vt Dionisius cecinit. Strabo q; memorat Phthiotas Achiuos q̃ cū Iasone in Cholchos p̃fecti sunt, eā q̃ in Asia est Phthiā cōdidisse. De græcis q; cōfusio, qd etiā alio loco notatū, deq; Pangræcis ambigue sensit Geographus. Hellinas vero seu græcos pprie dici voluit incolas Thessaliæ, auctore Apollodoro. Pangræci ỹo q̃ pprie dicerent, explicādū alijs reliq; de græcis tñ multa Serui⁹ a græco rege deduxit, sed hoc loco recētere op̃æ p̃ciū fortasse fuerit, q̃ apud Eustath. legi. Ionia eādē fuisse Atthidi antiq̃, qm̃ Attici olim Iones vocabant̃ ab Ione, ita & regio ipa appellabat̃ Ionia, nec sec⁹ Doricā regionē eādē Aeolicā cēferi debere, vocatos em̃ auctore Strabone, Aeoliēses q̃cūq; extra Peloponessiacū Isthmū habitaret̃, p̃ter Atheniēses & Megarēses & Doriēses, q̃ Parnasi orā incolebat̃, q̃ fieri, vt Pinda. q̃ Dorice scripsit, suā camenā frequēter nūcupauerit Aeolicā. Dictos at Aeoliēses, eo q; ab Aeolo p̃fecti, quē admodū & Doriēses a Doro, & Iones & Ione Xuti Attici viri, quē Euripides Asiaticæ possessorē terræ vocauerit, Aeoliēses ỹo q̃ Asiā incolūt, nō p̃pterea dūtaxat

Ephesus

Patmū

Achai.

Argos.

Pangræci
Iones.

Hellines.

Aeoliēses.
Doriēses

Tumq; Ephesi molles Triuie delusit honores,
Et Cinopem magiæ cōsulum dispulit altæ
Mentis Ioannes, penetrat qui culmina cœli.
Tumq; senex varios Andreas fudit Achæos,

Appellatōem sortios, q̄ ab Europ̄is deducti sunt, sed qm̄ ex varijs q̄busdā (ita em̄ cor̄: etiā
am nomē significare p̄t) mixtisq; hoibus eoꝝ fuerit cōstituta colonia, multa certe hac de re
ambiguitas Tacianū torsit, sed alia de causa utpote q̄ videret, eos diuersis linguis abuti, q̄re ita
scripsit Δωριεων μεν γαρ ουκ η αυτη λεγισ τοις απο της αττικης αιολισ τε ουκ ο
μοιος τοις ιωσι φεγγοντα ισας εως δε ουσης ουκ αυτης ταροις ουκ εχεν απορω
τικα με δει καλλην ελληνικα Dorienū inq̄t nō eadē cū Atticis loquutio. Aeolici q̄q; nō

Cuius congressum metuens Pateræus Apollo
Aufugit, Pelopisq; insignes nomine terras
Cessit, & inferno p̄ceps se condidit antro
Parnasi bifido, p̄sternens culmine plaustre,
Et ficto abiūgens vanos temone iugales.
Et Bacchus trēulos madida de frōte corymbos

cōsonāt Ionicis, ita v̄o cū sit
altercatio vbi opus non erat
ambigo quē nam gr̄cū ap
pellare cōueniat. Hellines q̄q;
gr̄ci dñr & gentes a nostris.
¶ Cuius cōgressum metuens
Patareus Apollo, eo āt Ap̄lo
Gr̄ciā ingresso, cessit illi, p̄ cō
cessit apherefi figura. In alio
em̄ significatu, cessit hac re di

ceremus, cessit inq; Apollo q̄ in Patara Lyciæ, ita ab eius filio & Lycia Xanthi colebat, q̄q; ali
απο παταρος, qd est gr̄ce vas quoddā seu arca, cuius ope fabulabant olim ad eā Chero
nesum q̄piam delata in figurā lyræ, arcus, & sagittæ q̄ oia v̄tus ab ancillæ manu diripuisse
quo factū vt sacer postea locus Apollini fuerit, & cognomē patare desumpserit. Ferūt item a
Xantho & Pataro, Patarā & Xanthū fluuiū, & eius noīs vrbē cognōiatas, eos v̄o Lapeonis fi
lios, pdiderūt, & latrocinijs atq; piratica dimissis, Lyciā inhabitasse, quā dissiūgit a Caria, p̄mō
torū Patarēsiū, apud q̄s maximo in honore habitus Apollo, q̄ & in Peloponneso colebatur
eximie, & Pataris p̄cipue, vt etiā notat Serui, vñ aliq̄ ob id Apollinē Patarēiū dixerāt. Pelopo
nesus, i. insula Pelopis, q̄q; re vera nō insula, sed Cheronessus sit, p̄pter Isthmi cōiunctōem,
quo vetat̄ ne Ionū & Aegeū pelagus iūgant, a Pelope aut̄ Lydo seu Phryge, ut aliq̄ Aenoma
genero, q̄ eius ditōe potitus, Peloponnesi nomē cōflatū est, idq; gemina n. lra composita pro
ferūt, ut docuit Eustath, nō adeo tñ ut simplr̄ quoq; & dissiūcte p̄ferri nō possit, terraq; pelope
ia dicta q̄nq; ab Euripide, aliq̄n & insula, vt apud Dionysiū figura eius folio platani similis,
& vt canit Dionysius ερεμμενη κολπιοισ ενθα και ενθα, hoc est hinc inde sinibus pelagi v̄
delicet coronata. ¶ Aufugit, cedēs loco. ¶ Et se in antro cōdidit inferno. Apud antiq̄s infernū
adicētm̄ semp̄ esse inueniemus, ex religione plurimi substantm̄ fœcerūt. ¶ Prosternēs, ita suis
eos inuētis irrident. ¶ Plaustre, Plaustre & plostræ antiq̄ dicebat, sic & caudex & codex, au
la ola, & mille alia q̄ etiā vestigia i sermōe v̄naculo, p̄ auro oro, p̄ aura ora & cetera id gen̄
multa. ¶ Et abiūgens temone vanos, fictos. ¶ Iugales, idē em̄ Apollo q̄ & Sol, ut apud multos
cōstat, & p̄cipue apud Heraclitū Ponticū, q̄ in allegorias in Homer̄; idip̄m longi ope subtel
lij molitus oñdere. Soli aut̄ & currus & iugo submissos equos cōfabulant, id aut̄ factū dicim̄
in ¶ Parnasi bifido culmine, illi sacro & musis. Parnasus mons Bœotix̄ biceps, poetis appri
me decātatus, idem Larnassos añ vocatus, qm̄ eo Deucalionis την λαρυακα cōtulerūt, nō
nulli a Parnasso dictū volūt, q̄ primū in Pytho vrbe vaticinatus fuerit. Est & Parnassus mōs
in Bactris apud Dionysiū, q̄ & Paramissus ab alijs nūcupat, idē ab rege Melisso q̄ ibi regna
uit, cognomē sumpsit, vñ Nicāder in Theriacis μελιωκεντος εν οχθαις. Pythoni vel Del
phis vrb̄i altæ impēdit, q̄ propter a Pindaro in Nemeonicis δ̄ παρε μεν υψιμελοντι παρε
νκατω. ¶ Et Bacchus, & Bacchū pariter dicimus abiēcisse de fronte, vino madida. ¶ Corym
bos, racemos, hederaceos, & ut v̄bis vtamur Seruij, vuas hederæ. Polysemus tñ sermo est,
nam & hederæ vuā vel baccas significat, & rostr̄ nauis, ut apud gr̄cos, & Val. Flaccū. The
bis natus est Bacch̄ ex Semele & Ioue, vt fabulant, multa armis & libidinib̄ t̄tauit, accessit In
dos, deus a gr̄cor̄; vanitate factus, eiusq; sacra Romā a Cæfalis trāflata Seruij notauit, q̄ in
Gr̄ciā & in Asia diu frequētata, & eius ip̄ius decātata gesta, simulq; celebrati & Satyri & Sile
ni, qui auctore Pausania sunt Satyri seniores & απο τουσ ιλαριον, ut ait enarrator Nicā
dri vocabant, Lycophrō tñ ap̄ Athenæū Silenū distinxit a Satyris, qm̄ etiā ad illos v̄ba faciē
tē introducit, & apud eūdē auctore alio loco, in p̄opa Bacchi Sileni Satyros p̄cedebāt ut lati
nos sileā, q̄ inter vtrosq; discrimē posuere, ut illd̄ Nafonis p̄terē de Baccho ita cōcinētis. Hæc
assueta cohors Satyri Bacchēq; frequētāt. At Silenus abest, Petulcū āt aial & feruēs libidine, in
q̄q; dorso caudæ eq̄nis nō multo minores, Hi Baccho familiares admodū credebant & fun

Patareo

Pelopon
nesus

Infernus.
Plaustre
Plostræ.

parnasus

Bacchus

Silenus

Satyrus

O q̄

gebant, ut sculpturæ antiquiores manifestat. Satyros tñ rōne vsos, noſter ſcribit Hierony. in vi-
ta Pauli heremita, qua de re aſs diximus. Lego tñ apud Eufſtath. Silenos p Bacchis foeminis
expoſitos, nō p Satyris, q̄ videlicet Nēbridis incinctæ, heuoē Bacche inſclamarēt. Memini q̄
q̄ legiſſe me aliū Zagreū Dionyſiū natū ex Proſerpina, q̄ ſc̄dm aliq̄s Iacchus dictus fuerit. ſu-
it em̄ nō mō Græcis, ſed Indis etiā de Baccho nō pualis, ut refert Philoſtra. Thebanū Bacchū
Indos acceſſiſſe, mōſtrabat inſcriptio diſci eius q̄d in Pythiæ theſauris viſebat. Indoz̄ ȳo alij
Aſſyriū Bacchū maluerūt eo
pueniſſe, alij fluminis Indi fili-
um phibebāt. eūdem Bacchū
Dionyſiū appellabāt, a Ioue

Abijciens, caeſo præceps de ȳtice Nyſæ

& Nyſa, & apponebāt cornua, vñ apud Nicād̄z̄ κερατοιο σιονουοιο. & apud alios σιονου-
οιο τρυφονερος, inde aut̄ euenit, qm̄ cornibus rudis illa vetuſtas, p̄ poculis vtebat. vñ & το
κερατοιο manauit, vel forte ea de cauſa quod Dionyſiū & bouē garotā dici Athanis voluit
apud Athenæū. Cornutos aut̄ boues nemo neſcit, ut mittā q̄ hac de re & Eufebi⁹, & Feſtus, &
alij pdiderūt. Vt mittā etiā q̄ apud Diodorē legunt, Dionyſiū habuiſſe cornua, qm̄ patri Am-
moni natura in vtroq̄ tpe cornua fuerint. Habitus ȳo ille bibaciſſimus & voluptatib⁹ dedit⁹
quare illū in plateis curru vehi ſingebāt temulentū, q̄d moris apud Athenæū rephendit. qm̄
videlicet oñderēt deo ſuo potētius eſſe merz̄, pdiditq̄ memoriæ Philocorus antiq̄s Baccho
ſacrificātes mero, & ebrietatib⁹, & dithyrābis vsos, cōtraq̄ Apollini ſacra parafſe geta melo-
dia & ordine. Archilochus quoq̄, & Epicharmus dithyrābi & vini mentōem foecerūt in lau-
dādo Baccho, & eū Eufſtathi⁹ voluit dici ωσ απο του βαρυ. ex liubus ȳo q̄ vino ſupra
mēſurā ſumpto ſeminant, & clamorib⁹ in ebrietate ſuſis, & βαρυωτισ & επιβρομος & επιβρε
μετης nūcupat a græcis auctōrib⁹. Sed & απο του βαρυ. i. ab incōpoſita voce & vlulatu
Alij a Bacchis foeminis, q̄d nō placet, deduxerūt. Prodit etiā a coronæ ſpecie Bacchi noie di-
ctus & Lyſius & Lenæus & Lyæus, ut notū eſt, nec mirz̄, certe ſi ebrietatib⁹, cōmeſſatōib⁹ & lu-
ſibus deditus, q̄ ex auo coco & auia tibicinē ſit deriuatus, ita em̄ affirmauit cōiuua qdam apd
Athenæū, cuius ſenſum latine referā. Ignorare mihi videtis ingt cōiuua, aut̄ Dionyſij Cad-
mū cocū fuiſſe, illis at̄ tacētibus, Euhemerus ingt, Cōus in tertio ſacræ hitoriae libro ita pdidit
auctoritate Sidonioz̄, Cadmū regis cocū fuiſſe, q̄ ſumpta harmonia tibicinie regis auſugit
vt arbitror, Euhemerī mētōem facit Lactāt. ex Meſſana ȳo nō ex Coō deducit. ¶ Tremulos
corymbos, illos fructus hederæ q̄ ſacra Baccho putabat. ¶ De fronte, qm̄ hederaceæ corone
ſiebāt & de Oſiride, q̄ & Bacch⁹ (ut añ dictū) canit Tibull⁹. Sed varij flores & frons redimita
corymbis. ¶ Madida, ſudore, nimijs potatōibus extruſo, & in hūc ſenſum puto Orauū ceci-
niſſe ad Plancū de Teucro, quū fugeret tñ vda Lyeo. Tempa populea ferē vinxiſſe corona q̄
uis Porphyriōnis ei⁹ poetæ itēptis opinio fuerit, hyppalages figura id fuiſſe poſitū, qm̄ vdu
Lyeū intelligi oporteat. Alij em̄ hederā Baccho tribuūt, qm̄ frigiditas illius repugnaret ebrieta-
ti. Apud Eufſtat. ȳo ſymbolice cupidinē bibēdi ſignificari cōſtat κωσικτον. q̄ppe επιθυμητων
interptat. ¶ Abijciēs, pijciēs, deijciēs, abijciēs, natura breuis eſt, ſed qm̄ de ab & iacio cōpoſit⁹,
ideo duplici ſcribit̄ i. ſra, nam & remanet prior, & a. ipa in i. conuertit̄, vt facio cōficiō, & mul-
tā id genus, prior igit̄ i. ſit duplex cōſonās, & primā ſyllabā intēdit, ſic Verg. Parua ſub ingtū
matris ſe ſubijcit vmbra. itē. Aut tu mihi terrā inijce, corripit̄ tñ aliqñ, ſed i. prior abijciēs, ut in
Moreto. Atq̄ adicit ſeruātū gramine bulbū. & Manilius. Pugnātē mēbris adice & ciuilia bella
& Stati. in Achilleide. Fata videre prior ſubicit gaudiſus Vlyſſes. & hæc certior appet regula, q̄
q̄ a Gellio & Seruio pdit. ¶ Caeſo p̄ceps de ȳtice Nyſæ. ȳtex anacoluthos, nō em̄ ita poſſu-
mus dicere cacumē hoīs, q̄d ȳo attinet ad ſenſum, poetica narratio illudēs fieto deo, q̄ intro-
ducit̄ de ſiliēs ab excelſo mōte, in q̄ primū colebat. Nyſa aut̄ mōs Indiæ, vbi colebat Bacchus,
& in q̄ nutrit⁹ ferebat̄, cōſitus erat plātis, ut in Lydia Tmolus, auctore Philoſt. eratq̄ in ipō Ny-
ſæ mōte Bacchi tēplū, & ſtatuā ab ipō met erecta, & oīa pariter inſtrumēta vindemiæ, & qui
eſcunq̄ bacchabat̄, a ſubiectis illū ciuitatib⁹ audiri ſolere fabulator ille ſparſit, diuerſæ at̄ ſunt
Nyſæ. nā p̄ter hāc Indicā q̄ aquā p̄bet Gangi, vñ illū Nyſeā aquā inuoluere ſcripſit Dionyſi.
Arabica eſt & Euboica, de q̄ dicebat̄ mōſtroſum vinū q̄ttidie fluere, & vno die, vt memorat
Stepha. vitē florere, eſt & Nyſa in Helicone in Aſia, in Thracia, in Caria, in Aegypto, in Na-
xo, in Caucaſo mōte, in Libia, & Aethiopicā q̄q̄ p̄ter hāc, Nyſam legi, ſed & Nyſa carcer eſt,
vñ eq̄ mittunt̄ ad curſum, apud Zezē, Eufſtat. alios, hinc Lycophrō in Alexādra περωτων αε
Nyſei eq̄ βαρυω τρυφονερος ωσ πτρυωσ αρουενοσ. Hinc nyſeos equos a Platone, Strabōe, laudatiſſimos,

Bacchus
vnde
Bacchi
noia.

Hedera
Bacchi.
Abijcio.

Nyſa.

Nyſei eq̄

ob egregiā in cursu velocitatē, dici arbitror magis, si scriptura cōsentiat q̄ q̄ ex hippoboto prato alanē, aut ducant ex Armenia, ut scripsit Domitius, idēq̄ esse Nyseos eq̄s p̄stare celeritate, ac si dicerem⁹ ætate nostra eos cursu p̄cellere, q̄ vt vulgo dī, ad palliū currūt. Sed hæc parer ga sint, ex Nyseā igit illius, siue Indice siue Heliconiæ. ¶ Præcept. timore relegatōis rigidioris. ¶ Petit. iussa nō expectās Ap̄li. ¶ Antra iam formidata, ab initio casus. ¶ Stygij pfundi. inferni, loci dānatoꝝ supplicio deputati. Profundū id dixere grāmatici, cuius porro sit fundū, idēq̄

pfundū.

Antra petit Stygij iam formidata pfundi.
Amphitryoniadæ furibūda licentia Thebas
Liquit & Eurysthei iussis grauiora subiuit.
Atq̄ nouem subito fugere p̄ auia musæ.

maxime cōuenit loco p̄nis deputato, q̄ in terræ cētro dī esse, q̄d p̄cul est ab ea quā icōlim⁹ eius elemēti sup̄ficie. Id at̄ uti dixim⁹, dæmō q̄ sub noīe Bacchi adorabat̄, petijt. non em̄ ap̄lius colebat̄ in pfusillima illa pōpa, quæ narraē ab

Athenæo, in qua inter cætera in q̄drirculo, octo cubitoꝝ latitudinis, octo cubita, Nyseā ip̄i us imago ferebat̄. ¶ Amphitryoniade. Herculis ex Alcmena Amphitryonis geniti, de q̄ supra nōnulla diximus. ¶ Furibūda licētia, qm̄ multa ægisse licētia & furore Hercule p̄dūt gētū līa. Licētia sp̄ in malā ptē apud veteres accipit̄. Furibūdus furore plenus, & furiosus a q̄ videlicet nunq̄ furor discedit, ut Seruius ait, sicuti furiat⁹ q̄ furit ex cā, certe Hercules introducīt in scæna furēs oīm cōsensu, & apud Philostr. q̄q̄ in imaginib⁹ furēs pingit̄, licētia at̄ in feminas tāta fuisse dī, ut quinquaginta simul ygines vna fabulēt nocte ab illo cognitās. q̄ de re Theodoretus gētes irridēs, mirari se dicit, cur id facimus p̄ tertia decima gr̄una nō celebrēt. ita illi suos deos decātabāt & oīm p̄fus impuritatis & sceleris nota cōmaculabāt, sic & ip̄m ex Iouis & Alcmenæ p̄genitū adulterio nugabant̄, duab⁹ iūctis noctib⁹, & in vnā coalitis ad maiore libidinē & voluptatē. Alij tres cōtēdunt noctes in vnā Iouē cōflauisse ip̄a de cā, q̄d videt̄ sensisse Lycophrō in Alexādra, cū mentōem fœcit τριες περιον λεοντος, hoc ē leonis triuespi, leonis ob fortitudinē, triuespi de trib⁹ illis noctib⁹ videlicet tracto cognoīe, sed q̄ fabulā in historiā libētius cōtulere, tres dies cū Alcmena vxore Amphitryonis eo absente, diuersatū regē quē dā maluere, vñ & nat⁹ Hercules, q̄ tñ Amphitryoniades dicit̄, q̄bus fabulis aliqd de sacris līs Hebræis gētes miscuere, legi em̄ apud Zezē in cōmētario in Lycophronē p̄ditū memoriæ, q̄ Hercules i ceto tres dies fuerit. q̄s vocauit noctes Lycophrō, ut supra dixim⁹, qm̄ feræ vter te nebricosus est, q̄d q̄ nō videat a ysa Ionæ p̄phetæ historia furto subductū, sed gētib⁹ id fuit peculiare, ut pleriq̄ theologoꝝ decernūt, & ip̄i aliqñ meminimus, nec semel, furore yso eximio ductus est adeo, ut phibeat̄ filios occidisse octo (ut supra diximus) q̄s ex Megara Creontis filia genuisset, q̄d citat Pindarus in cuiusdā Isthmionici laudē, nam cū de aris q̄busdā in ānuros eoꝝ honores coronatis caneret, subintulit χαλκοαερον ακτηα θανοντων τους μεγαρατοι τεκε κρεοντος υιονος, octo itē posuit Menecrates. Lysimachus historia q̄rūdā motus, nō ab Hercule eos, sed a q̄busdā hospiti⁹ dolo interfectos putauit. Alij phibent a Lyco rege neci datos, ab Argæio Socrates dolo circūuētos. Variāt itaq̄ tragici, nec de numero etiā & nomine ut diximus, cōueniūt, cōsensūt tñ oēs furiosum, & in Oeta cōbustū. q̄q̄ inuenio eū priusq̄ extreme deliraret, & insana ductus Oetā scāderet furore correptū & p̄citū, atq̄ a Sybalo curatū fuisse, q̄d cuiq̄ misꝝ videri nō debet, si atra bile infestabat̄, ut Aristot. in p̄blematib⁹ narrat, sed misꝝ esset si insanos nō coleret, q̄ cætera oīa mōstra coluissent. Linquens itaq̄. ¶ Thebas dæmō Hercule mētus. ¶ Subiuit grauiora, q̄ iussis Eurysthei (syneresis est) fœcerit Hercules, qm̄ pulsus a mūdi principaturæ legat⁹ est ad inferos. ¶ Thebas lig: Theban⁹ em̄ is Hercules, q̄q̄ ali j fuere eodē noīe viri fortes, pluresq̄ eius noīs a Cicerone citant̄ in lib. de natura deoꝝ, & a Diodoro Aegyptij Herculis (ut dixim⁹) mētio, q̄ Prometheo cōsuluerit, ceterꝝ vni a multis tot egregia facta & ficta tribuunt̄, & cœlū vni cōtulere Marathonij, iactabāt em̄ se, ut est apud Pausan. primos fuisse q̄ diuinos honores Herculi instituissent. Ita illi a Marathone heroe dicti, a q̄tidē cāpus Marathonius Persarū clade celeberrimus. ¶ Atq̄ nouē fugisse q̄q̄ musas dixim⁹. ¶ Subito, expulsas at̄ fuisse illas cū alijs dñs cōstat, cū q̄bus simul q̄q̄ colebant̄, & p̄cipue Romæ simul cū Hercule, vñ apud Tranquillū legimus, ædē Herculis musarū a Maratio Philippo extructā, & apud Plutarchū in p̄blematib⁹ Romanos Herculi & musis, cōemārā statuisse, ut mittā q̄d hac de re Macrobi. & ali j Musæ nomē, Plato μαδορα, q̄d ē ingreere traētū putauit Euseb. a μυεω, q̄d honesta inidari doctrina p̄t innuere, nouē at̄ eas fuisse Iouis &

Licentia furibūda .L. puellę vitiatę vna nocte ab Hercule.

Triuespi

Hercules fuit trib⁹ diebus in ceto. Hercules furens

marathō

Musæ

HYMNVS

Memoriae filias in theogonia fabulat Hesiodus. Diodorus Siculus historiographus puellas noue numero asserit, quae Osiride sequentur, musas appellas cantantes, & ducetes Choras. Alchmaeon & Euseb. & Musaeus de illis diuersa, quae hic duo genera commutatus est, de numero etiam non leuiter gressus diffidit. namque plurimi noue Varro, Pausanias, Censorinus tres tantum existimauerunt, varijs obiecturis moti. Cicero in libro de natura deorum quattuor asseuerat, quae & pierides & pierites a poetis appellentur, sed nec minor de nomine discordia. Pierias enim a monte Piero, vel ab homine, sed & camenae

Pierias.
Camene
Musae
cognoia

a canendo. Heliconiades ab Helicone Beroetiae monte. Parnasides a monte Phocidis regionis a montibus Aonus, aonides, quae niam & Beroetia regio Aonia nuncupata. Citheriades a Cithero ne Thebis propinqua, pegasides a fonte quem finxere vngula scal

Et caligantes dira ferrugine lucos
Pandeus Arcadiae fugies nemora alta Lycei
Moeres concessit nymphis comitatus honore, &
Naiadum Dryadumque choro Triuiaequi molossis.
Quin & luxuriae nutrix, & mater amoris

Syntag
ma
L. Grego.
Pan
Lucus

puritatis eque natum, unde & graeco vocabulo Hippocrene, Libethrides a Magnesia fonte. Pimpleades a loco Macedoniae. Ilissides a fluuio Athenarum. Thespiades a Thespijs, non a nutrice ut falso coningit. Ligya ob canorem genus, Castalides a fonte, Corycides a colle vel antro apud Delphos. Mnemosynides a memoria. Pateides a fonte Macedoniae. olympiades a monte. ardalides ab Ardalo Vulcani, quae omnia sparsim apud Varro. Herodotus. Teretia. Plutar. in symposio sapientium, Popenius, Pausanias. Solinus, Plato. in Phaedro & Cratylus, Seruius, Macrobius. Sidonius. Placidas, alios, sed & L. Gregorius non de musis syntagma composuit. Et caligantes lucos. irridet Pan qui dicebat nemo deus, quod altos lucos in quibus obuersari ferebat, mutari in fernis lucis. Caligantes, nigrae tenebris obsitos & caligine. Lucum dictum antiphraasi voluit antiqui grammatici, quod mime luceat significatque locum deum arboribus & opacum umbra, in eis gemitum frequenter fiebant sacrificia, quae multi ex Hebraeis prope imitati, in diuinis libris codenant, unde saepe in regum libris taxant, quod lucos non abstulerint. Dira ferrugine. Ferrugo pro purpura quae sumpta est, sed verius pro colore qui rubiginem ferro contractam emulet, utcumque sit subobscurus est color. unde Vergilius dixit Solem texisse nitidum caput obscura ferrugine. Dira. aspera, immitis, unde dira quasi deorum dominum a grammaticis. huiusmodi lucos. Pan. de quo inter initia dictum est. Deus falso creditus. Arcadiae. regionis quae & Pania etiam dicta, quae & Pan Arcadiae rex habitus, & propter haec Parrasia gigantea Azania Lycaonia. Arcas a regio denotata Themistis & Iouis filius fuit, auctore Iustro. est etiam Arcadia urbs Cretae, auctore Demetrio, quae inna Xemonis debet Arcades dici, non Arcadia, est & urbs maritima eodem nomine, & alia in Aegypto, ex tribus quae in Amorgo insula sitae. Fugies nemora alta Lycei, quae gratissima illi esse solebat moeres exilio concessit illuc. Nymphis comitatus, quae & nymphas syluas inhabitare fabulantur, inter quae fontaneae & quercinae, ideo. Naiadum & Dryadum choro, diximus comitatum, chorus aetiam απο της χαρως, i. a laetitia apud Platonem, nec non. Triuia molossis. Diana canibus, ex Epiro aetiam molossi canes, quos laudat Hora, & alij. Molossi aetiam Epiri prope, diximus aetiam molossus ut praestantissimum genus eius (quae venationem putabat praesens) adscriberem, nam Triuia quae & Diana, in syluis degere ferebat, quae etiam Hecate dicta, ut inter initia notauimus, & de illius canibus in Pharmaceutria Theocriti. ait τα χρονια θεκατατων και σκυλακες τρομεοντι, terrestres videlicet Hecate quae metuit catuli, praesentiebant canibus Triuia ipsa, quae diximus Hecatē, de qua Vergilius. Nocturnis Hecate triuis vlulata pro urbes. Eadem & Delia, de qua idem auctor in Bucico. Notior ut iam sit canibus non Delia nostris, & aetiam Vergilius. Liuius Andronicus vetustissimus apud Latinos poeta in hymno Dianae Myron hoc carmen de eius ipsius canibus ait. Dirige odorise quae ad certa cubilia canes. Nos ite in elegia quae trius hymnos, materia indicat diximus. Propterea volucres frangentes turbata sagittas Cessit odorise quae ipsa Diana canes. Existimabant autem canes Triuia sacros ut Phurnutus refert, quos illi solere iugulari, Sophron scripsit. & Lycophron eam canum iugulatricem appellauit, canes (μεκνυσιον αυτρον της κυνοσφαγους θεου. erat ei spelunca Hecates in Zeretho, quod non in Samothracia ut Lycophron, & alij, sed in Thracia esse ad queream Orphei, Nicadri putauit enarrator, & forte illud etiam Tibulli ab hac adnotatione non abhorret. Sola feros Hecates pro domuisse canes, & illud Seneca in Edipo. Latrauit Hecates turba, tum ut succineret Theocrito, cuius carmen citauimus, tum ut innueret canes eam illa sistere vobis, canes inquam, mactandos Dianae, ne mouerentur ut in hostijs, procurabatur gressus, in comitarijs vero Theocriti super illis poetae ipsius vobis ταυ και σκυλακες τρομεοντι. de λια τις κυλακες εκφεροσθαι ληπνα τη εκατη. i. propterea quod canes Hecati cenam auferret. Quin & luxuriae, Venus quae & Cypria dicta. Mater amoris, de qua pro

Ferrugo
Dira
Arcadiae
noia
Arcas

Molossi
canes tri
uia

ginem ferro contractam emulet, utcumque sit subobscurus est color. unde Vergilius dixit Solem texisse nitidum caput obscura ferrugine. Dira. aspera, immitis, unde dira quasi deorum dominum a grammaticis. huiusmodi lucos. Pan. de quo inter initia dictum est. Deus falso creditus. Arcadiae. regionis quae & Pania etiam dicta, quae & Pan Arcadiae rex habitus, & propter haec Parrasia gigantea Azania Lycaonia. Arcas a regio denotata Themistis & Iouis filius fuit, auctore Iustro. est etiam Arcadia urbs Cretae, auctore Demetrio, quae inna Xemonis debet Arcades dici, non Arcadia, est & urbs maritima eodem nomine, & alia in Aegypto, ex tribus quae in Amorgo insula sitae. Fugies nemora alta Lycei, quae gratissima illi esse solebat moeres exilio concessit illuc. Nymphis comitatus, quae & nymphas syluas inhabitare fabulantur, inter quae fontaneae & quercinae, ideo. Naiadum & Dryadum choro, diximus comitatum, chorus aetiam απο της χαρως, i. a laetitia apud Platonem, nec non. Triuia molossis. Diana canibus, ex Epiro aetiam molossi canes, quos laudat Hora, & alij. Molossi aetiam Epiri prope, diximus aetiam molossus ut praestantissimum genus eius (quae venationem putabat praesens) adscriberem, nam Triuia quae & Diana, in syluis degere ferebat, quae etiam Hecate dicta, ut inter initia notauimus, & de illius canibus in Pharmaceutria Theocriti. ait τα χρονια θεκατατων και σκυλακες τρομεοντι, terrestres videlicet Hecate quae metuit catuli, praesentiebant canibus Triuia ipsa, quae diximus Hecatē, de qua Vergilius. Nocturnis Hecate triuis vlulata pro urbes. Eadem & Delia, de qua idem auctor in Bucico. Notior ut iam sit canibus non Delia nostris, & aetiam Vergilius. Liuius Andronicus vetustissimus apud Latinos poeta in hymno Dianae Myron hoc carmen de eius ipsius canibus ait. Dirige odorise quae ad certa cubilia canes. Nos ite in elegia quae trius hymnos, materia indicat diximus. Propterea volucres frangentes turbata sagittas Cessit odorise quae ipsa Diana canes. Existimabant autem canes Triuia sacros ut Phurnutus refert, quos illi solere iugulari, Sophron scripsit. & Lycophron eam canum iugulatricem appellauit, canes (μεκνυσιον αυτρον της κυνοσφαγους θεου. erat ei spelunca Hecates in Zeretho, quod non in Samothracia ut Lycophron, & alij, sed in Thracia esse ad queream Orphei, Nicadri putauit enarrator, & forte illud etiam Tibulli ab hac adnotatione non abhorret. Sola feros Hecates pro domuisse canes, & illud Seneca in Edipo. Latrauit Hecates turba, tum ut succineret Theocrito, cuius carmen citauimus, tum ut innueret canes eam illa sistere vobis, canes inquam, mactandos Dianae, ne mouerentur ut in hostijs, procurabatur gressus, in comitarijs vero Theocriti super illis poetae ipsius vobis ταυ και σκυλακες τρομεοντι. de λια τις κυλακες εκφεροσθαι ληπνα τη εκατη. i. propterea quod canes Hecati cenam auferret. Quin & luxuriae, Venus quae & Cypria dicta. Mater amoris, de qua pro

peinitia differuimus. ¶ Et nutrix luxuriæ qm̄ ex lasciuo amore luxus dēs pdire sapentiuero
solā luxuriæ at̄ nomē qd̄ p̄ libidine venerea iunioribus theologis desumit̄, oēm superantiā
apud antiquos, nō mō linguæ latinæ auctores, sed etiā theologos significat, ut est clarissimū
vel mediocriter eruditīs. Negitiæ v̄o nomē, qd̄ p̄ om̄i malitiā nūc sumit̄, apud ḡtes p̄ vene
reis acceptū, ut notū est, & maxime apud Propertū, q̄q̄ gr̄amatico Donato d̄r̄ negitiā esse li
bidinosā inertiā. Ac r̄o exponit negitiā, obsecnitatē siue libidinē, aut turpē auaritiā, illud inter

Luxuria
Nequitia

Dilaniata comas spumanti Cypria concha
Appulit ad lethem. capitolī sede vetusta
Iuppiter excedēs turba comitāte deorum,
Horrendas petijt luce impellēte tenebras.
Nam Paulus Cypri, Illyriū, mollēq; Corinthū

¶ Et Horatij. Tandē negitiē fr
ge modū tuæ. Porphyriōni
placuit p̄ negitiā calliditatē &
malitiā itelligi, nō ut olim cū
p̄ hoc qd̄ dicim⁹ nequā, igna
uus & segnis dabat̄ itelligi. Ne
quā v̄o Varronis auctoritate
is est in q̄ putat̄ ne quicq; esse.

matre, Ap̄tis discipulisq̄ ¶ satus est. ¶ Spectarūt, p̄pheta. ¶ Te intratē p̄ aërios tractus. ¶ Per
olympica, cœlestia. ¶ Regna, q̄d postea multi, nō mētis tm̄, sed corpis oculis vidēt, ut Lucas re
fert in actib⁹ Ap̄torū, spectarūt inq̄ spū intratē rutilātib⁹ victorię signis p̄fulgidū, q̄d Efaias
supo lumine cōtemplatus scripsit. Quis est q̄ venit de Edom tinctis vestib⁹ de Bozra, & te q̄q̄
¶ Princeps, oīm rex; q̄ creasti viderūt spū. ¶ Assistere patris dextrę, a quo æterna ḡnatōe na
tus, idq̄ spū nouit rex ille & p̄
pheta p̄cellēs cū cecinit. Dixit
dñs dño meo sede a dextris
meis. ¶ Subitoq̄, videre datū
ē i ¶ Infidos reges, q̄ tibi pri⁹
aduersari fuerāt. ¶ Trucē, in te
& tuos exercitā. ¶ Rabiē, nec
nō. ¶ Sceptra, & colla minitā
tia, factū & vētosa licentia qua
freti religionis tuę mysteria cō
temnebant. ¶ Submittere tibi
pedibusq̄ tuis, scđm illud Da
uidis. Donec ponā inimicos
tuos scabellū pedum tuorū, &
post resurrectōem apud euā
geliū inquit, Data est mihi oīs
ptās in cœlo & in terra. ¶ Tā
dēq̄ viderūt te, in ¶ Valle cui
rex hebreus Iosaphat, iuxta il
lud Osee. Adducā eos in val
le Iosaphat, & disceptabo cū
eis, p̄phra si aut̄ Iosaphatē val
lē diximus, nō mē ip̄m minus
aptū carmini p̄tereūtes. ¶ Co

Iosapha
tē vallis

Inde p̄ aërios tractus, per olympica regna
Intrantē, patris princeps te assistere dextrę
Spectarūt, subitoq̄ trucem demittere reges
Infidos rabiem, nec nō minitancia pridem
Sceptra tibi, pedibusq̄ tuis summittere colla,
Tandem cœlesti stipatum milite valle,
Cui rex Hebręus cognomē tradidit omne
Claudere te humano tractū de semine corpus
Spectarūt, placidamq̄ p̄ijs p̄bere salutem,
Æterna in patria, & regnū sine fine futurę,
Iniustus tristē sathana cum principe luctum
Inq̄ chaos tetrum detrusos semper opaca
Sulphuris ardenti flāma concludere auerno,
Iustitia & bonitas summo hīc splēdore coruscāt
Hanc ego deposco iustū que blanda furorē

gnomē tradidit, nā ex eo vallis Iosaphat appellata. ¶ Claudere oē corpus tractū de hūano se
mine. Vniuersale q̄ppe iudiciū in valle ip̄a futurę est, q̄q̄ alij cōtēderint allegorice intelligēdā
& locū p̄ticulare nō esse decretū, parūq̄ vallē capacē nō videri tot corpōrū, q̄ ab initio cōditū
humani ḡnis ad usq̄ diē illā extiterūt, cōueniūt tm̄ descensurę Chr̄m. ¶ Stipatū cœlesti milite,
nūteroso videlicet āgelorū exercitū, & reliq̄rū cœlitū, quorū vita fuerit militia sup̄ terrā p̄ Chri
sto aduersus carnē, mūdū, & dæmonē, atq̄ his ¶ P̄ijs, vtiq̄ rōne iam dicta. ¶ Præbere placidā
salutē, nō aię dūtaxat, sed corpis, illud aut̄ ¶ Spectarūt mesozægma figura est, nā ad sup̄iora
p̄t & inferiora cōmode referri, ut videlicet & Spectarint claudere in valle Iosaphat genus hūa
nū, & Spectarint q̄q̄ p̄bere salutē p̄ijs. ¶ In æterna p̄ria, in aula cœlesti empyreo globo. ¶ Et re
gnū, nō tēporariū & fluuidū, vt oīa terrena & sublunaria, caduca, euanida, momētanea, sed.
¶ Futurę sine fine, iuxta illud sac̄r. Et regni eius nō erit finis, q̄d vtiq̄ p̄ijs illis & iustis a mūdū
cōstitutōe p̄patum esse, in euāgelio ip̄e testatus est. ¶ Iniustus, at̄ & imp̄ijs. ¶ Tristē luctū, iuxta il
lud, ibi erit fletus & stridor dentium. ¶ Cū principe sathana, cui maluerūt obedire q̄ deo, ideoq̄
illis dicturū se pollicit⁹ est. Ite maledicti in ignē æternū, q̄ parat⁹ est diabolo & āgelis ei⁹. ¶ Inq̄
chaos tet̄r, de inferno q̄ppe chao dixit Abraam⁹ diuiti in inferis sepulto, in ter nos & vos ma
gnū chaos firmatū ē. ¶ Detrusos, diuina sn̄ia. ¶ Cōcludere, viderūt. ¶ Auerno ardētis p̄ opaca
sulphuris flāma, ibi em̄ Ch̄ro auctore, tenebrę nō desunt, q̄q̄ ignis adsit, & sulphur ip̄e dēlam
& obscurā flammā p̄mit, cui⁹ r̄tata ibi copia erit, ut Ioānes in Apocalipsi retulerit, stagnū ignis
& sulphuris ad impiorū suppliciiū p̄patum. ¶ Hinc, ex iudicio diuino. ¶ Iusticia q̄ ad reprobos
p̄cēnā ad p̄mia bonorū. ¶ Et bonitas, q̄ ad p̄mia ip̄a, q̄ mirabili clemētia merita superāt, & p̄
nas q̄ minus atroces sunt, q̄ demerita postulat. ¶ Coruscāt summo splēdore, tum em̄ oīa palā
spectabunē nuda & apta, q̄ nūc tecta sunt mille tunicis, mille inuolucris adopta, & q̄ inania se
penūmero fuerint hoīm iudicia, diuino illo iudicio manifestū fiet. ¶ Hāc ego deposco, orō ad
deū in fine hymni dirigit, q̄ honitātē, & misericordiā postulam⁹. ¶ Quę mitiget iustū furorē
iuxta illud Dauidis, Miserere mei de⁹ scđm magnā misericordiā tuā & c̄, & illud, Dñe ne in fu

rore tuo arguas me. & iterum. Delicta iuuentutis meae & ignorantias meas ne memineris. sed secundum misericordiam tuam memeto mei, propter bonitatem tuam domine. & mille alia. Debet enim peccator in sola dei bonitate confidere, quae spei nostrae quasi basis & fundamentum est. hinc Ioan. Gerson fretus, docuit peccatorem a dei iusticia ad eius misericordiam & bonitatem appellare. quod ut diximus, furor est mitiget. & precludat. ¶ Fauces tristes hiatus. i. chasmatis & aperturae qua patebat aditus damnatis ad aeterna supplicia. ¶ Hanc ego. ad maiorem expressionem. ¶ Te iterum atque iterum reposco. & quae spes ex dei gratia & meritis puenit. gratia vero dirigit ad portum animi hominis fluctuantem, portum inquam salutis. quae nunquam potis est quaevis ingredi, nisi in nauis fuerit ecclesiae. ideo ipsa ecclesiae suscepta sacramenta, confidentiam praestant obtinendi quod fidelibus promissum est. ¶ Signa. igitur. ¶ Pleraque mihi salutis praebere consuesti. pro consueuisti per syncopem atque ¶ Hinc voti spes multum florida creuit ipsum etiam crimine originale. quod dudum ex primo parate. ¶ Traximus oes. pro seminis commixtionem generati traximus inquam.

Mitiget, & tristes fauces praeccludat hiatus.
 Hanc ego te supplex iterumque iterumque reposco
 Pleraque signa mihi placidus praebere salutis
 Consuesti, & voti hinc spes multum florida creuit
 Ipsum & etiam crimine dudum quod traximus omnes
 Crimine de patrio, iam diluit vnda salubris,
 Et quaeque admisit prauis male consita dumis
 Aetatis tenerae, nimumque heu lubrica quodam
 Semita, Circaeos Ithacensi remige portus

¶ De semine patrio. Adami. ¶ Vnda salubris. baptismi. ¶ Iam diluit. emundauit, aboleuit. ¶ Et quaeque admisit post peccatum originis baptismi deletum, quod committunt homines poenitentia diluunt, frequenter autem in peccatis aetas adolescentiae, quae sensum demulcet illecebris, hoc loco metaphorice significata pro semita referta dumis. & ¶ Lubrica quibus facile cespitant & decidunt homines, altero enim pro pedibus gressus, altero labuntur. Pravis dumis, cupiditatum, quae veluti aculeis vulnerat animus. ¶ Consita, referta & quasi ordine posita, consitus arboribus locus is dicitur in quo locatae plantae de industria sunt, cuius rei frequenter apud agricolatores scriptores mentio fit. ut ait villicus & agrorum & hortum plantis, herbisque conserit, sic daemones humani generis osor, conserere contra spiritalem humani animi semitam, mortiferis delictis, ut mens cogitationibus pro ea digredientes appetendo cespitet, & ope patrandi ruat in praecipitium. ¶ Aetatis tenerae. pueritiae & adolescentiae. ¶ Nimumque heu lubrica epiphonema est, quoniam quod dicitur & suggerere de mone, & carne mulcente & mundo plaudente, eo praesertim tempore, quod prudentia non plane usu & experientia deprehendit, facilis est lapsus, faciliusque ruina. ¶ Semita dicta est, quoniam semis via & via actus dimidiata, qua praeterea vehiculum, actus autem quod duo vehicula concurrere possunt. ¶ Circaeos portus. ec basis ethica, qua metaphorice exponitur sub Circes dolis daemones astutus ad decipiendos incautos, quod vano amore delusi, posthabita ratione delinquant, nec absolum theologis putatum, sub inuolucris fabularum aliquando vel errores corrigere, vel virtutes extollere. sic magnus ille Ambrosius suo de cruce sermone, Homericum praeposuit exordium de Sirenium cantu, & religato ad nauis malum Vlyssae ac tum id fieri commodi praeter, cum istis ipsis praecipue scribit, quod non ignari fabularum putant, praeter istas eius studium conpescunt, & occasione sumunt ut a discendi, & salubria sectandi. Quippe quod nosse poterunt scripta ab Homero sociorum Vlyssis metamorphosim, eo spectare, ut ostendat quod meretrices depereunt, amittere rationem & obnitescere, & alio loco eos quod virtute praediti sunt, quodque nudi iactantique naufragis, ditibus & fortunatis praepositi solere, ut hinc magnus Basilius totam Homeri poesim laudat esse virtutis non improbauerit, eo in libro ubi docuit, quo pacto poetae & oratores libri legendi essent, & quod non ex eis fructus elicere. Et sane quod praeeperint viros illos, quos antiquitas plurimum est admirata, sub variis significationibus indicasse vera, sub fabularum inuolucris honesta saepe numero videndi praepcepta dissimulasse, commonebit & cogitabit maiora multo, & meliora in diuinis & veris scripturae monumentis latere debere. quare facile relictis prophanis, ad sacras litteras, ad diuina excolenda migrabit. Homerus igitur in Odyssaea scribit, socios Vlyssis quos, ubi naues ad portum appulerant, exploratum miserat, Circes domum ingressos, & ab ea quodam Pharmaco in bestias mutatos. ¶ Ithaca remige. viris ex Ithaca, quod brachia remis intendent rectori nauis operam nauantes, remiges ei illi dicitur, quod transstris conscendentes remis incubunt ad impellenda nauigia & singulare pro plurali ponitur, sic apud Verg. Et vacuos sensit sine remige portus. ¶ Cuius stulti. i. sensibus hallucinati & mente prius aberrantes. ¶ Appulim, applicuim, de quo verbo & quod modis construatur, supra iam diximus.

Consitus locus arboribus.

Semita.

Fabule quod modo legenda.

Remiges

Prāniū
vinum
Pſithia
vitis.
Circe.

¶ Prāniā & pocula vitis dedisse q̄ eam scribit inter alia vinū prāniū cui vis inesse patrię obliuionē inferre, ita nōnulli exponūt grāci interpt̄es, tamen si prāniū poculi s̄ipticę naturę mētio sit apud Plin. & alios, eūdem & Pſithiū q̄q̄ dixere grāci, vñ & Nicāder vitis ΠΙΘΙΟΣ mē tōdem facit ΠΙΘΙΗ ἐν ἀμπελῶσι, eius enarrator ait ἡ καὶ Πραμνία. Pſithia inqt vitis q̄ & prāniā, id aut̄ ad obliuionē inducēdā porrectū asseuerāt a Circe, quā ad insulā oceanī desertā oc- ciso cōiuge Sarmatā regē diuertisse nōnulli voluerūt, ut est apud Diodorū, alij montē Cam- panię tenuisse malūt, cui & no- mē inditū Circeo, & ad hāc vs̄ q̄ diē seruātū. Scribit aut̄ Di- ctys Gnosius eā insulę imperi- tasse, & q̄busdā illecebris aīos hospitū ad amorē sui allicere & subuertere solere, quemad-

Cū stulti appulimus, Prānię & pocula vitis
Hauſimus immemores patrię rōnis egeni,
Iam dudū crebris cōtuli pectora palmis

modū & Calypso ad quas Vlyſſes accesserit, in insula ꝑo Mæonia Circe habitasse, pdit Lu- cius, mortalē eā, nō deā, nec de filiā asseuerās, eā fuisse Oete Colchoꝝ regis & Hecates filiā nō- nulli dixere, sororē ꝑo Medeę, ut Milesius Diony. in argonauticis pdit, & interpt̄es Apollo- niū repetūt, plurimi nō filiā sed sororē, inter q̄s Hesiodus, q̄ etiā scripsit suscepisse filiū Latinum ex Vlyſſe, Cice. in. iij. de natura deoꝝ. Oetā & Circe Solis filios dixit, Solis inqt̄ q̄nti, nam alij quattuor apud eūdem auctore nūmerant, a q̄ & varia diuersaq̄ de alijs q̄q̄ dis gētū recēsent. Dicta aut̄ filiā Solis auctore Seruio, q̄a clarissima fuit meretrix, & nihil Sole clarius, ego vero arbitror ꝑpea filiā Solis Circe appellatā, q̄ fortasse, ut nūc et̄ a detestāda cōsuetudo inoleuit, pigeret faciē, genas & labra purpurisso coloraret, ut cupidos nimitū & amētes hospitū aīos i stu- porē ꝑteret, & ad illicita vota ꝑtraheret, eximio illo splēdore q̄si solaribus radijs occacatos. Quod & subindicasse videt̄ Orpheus in argonauticis, q̄ tñ eam Asterope filiā fert ab alijs dis- sentiēs ΜΗΤΗΡ Ἀστροπῆ καὶ Τηλεφάνου ὑπερίον, hoc est carmen carmini & ꝑbū ꝑbo red- dētes. Mater Asterope & Iōge splēdens hiperion. ¶ Immemores patrię, celestis hierusalē, non terrestris Ithacę. ¶ Rōnis egeni, obfuscati mētis oculos adeo, ut nil nisi terrenū, nisi fluxū & mo- mētaneū cōspiciat, ubi em̄ q̄s lasciuo & spurco amore detinet, diuinū dediticē amorē supnæ foelicitatis & suimet etiā oblit̄ ac penitus obrutescēs mēte, nō corpe, dñr nāq̄ in ea hoīes bru- ta cōverti, q̄z affect̄ nimia volūtatis ꝑp̄sione, vsuq̄ rōis posthabito, cōsequunt̄, sic in leonē iracūdus, in vulpē astutus, in suē venere cōuertid̄, hinc ap̄ Pythagoreos & Platonicos hoīm trāssformatōes in bruta, q̄s lepide q̄q̄ Severin⁹ adnotās subindicauit, ꝑpterea q̄ facile arbitra- tus fuerim Anaxilā scripsisse eū q̄ amicā ardet genus ita habere ab oī lege remotū, ut nō facile possit explicari, utpote cū illa dracone peior, & chimera flāmas vomēte, & charybdi, scyllaq̄ tricipiti, & sphige, & hydra, & leena, & vīpa, & harpyis ita ille. Οἷος ἀνθρώπων ἐταίρων ἦν ἄ- πῃσθε πῶποτε οὐ γένοσθις ἀνδραγαθῶν φερασαί. Τί γὰρ ἡ ἀρε- κεν ἀνδραγαθῶν ἡ χιμαίρα πνεύουσ ἡ χαρῦβδις ἡ τρικέφαλος σκυλλὰ ποντικῶν κούρ σφιγῆ ὑδρα λεινὴ ἐχιδνα ἡ πτηνα ἀετῶν γένη. Εἰς ὑπεβολὴν ἀφικταί τῶ κατὰ τῶ τῶ γένος οὐκ ἐνεσθαι αἰδῶ ἀπαντῶν ὑπερέχουσι τῶν κακῶν, & alia pleraq̄ q̄ subdit citās meretrices noīatim, q̄s chimere, hydre, & hmōi mōstris cōponat, vt ē videre ap̄ Athenēū, q̄ fit ut nō mō diuersa vitia in diuersa hoīes bruta cōuertere dicant̄, sed vna venere- atūditas in oīa, ut videat̄ mihi nō incōsulto finxisse Homer⁹ ab vna Circe, in oīgenas brutoꝝ

Amato-
res i spēs
morant̄

Pnīa tri-
bus ab-
soluit̄

satisfacere

Iā dudū

spēs vanos amatores fuisse cōuersos. ¶ Iā dudū crebris, hęc at̄ vitia pnīa delēt̄, q̄ ut supra dixi- mus trib⁹ absoluit̄, ꝑficiuntq̄, cōmissi dolore ꝑcti cōiuncto, abstinenti, ꝑposito, cōfessioē voca- li, satisfactōēq̄, nō restitutōē aliene aut famę aut pecunię peculię vt. hęc ei ut eū alij, tū Scot⁹ ige- niose docet ꝑire cōfessionē op⁹ ē, sed satisfactōē ea q̄ deo ꝑ crimib⁹, aut i hac vita, aut i alia sat̄s- facere cōuenit, ꝑpterea sacerdotes aliq̄ ꝑcipiūt reis, q̄ noīe pnīę cēsent, ut deo satisfiat in hac vi- tā, gētes ꝑo ut ē auctor Ascomi⁹ satisfacere dicebāt tātū cēfacere q̄tū eēt irato satis ad vindictā. signū at̄ doloris exprimit̄ in ꝑctoris ꝑcussu. Iā dudū ꝑo ꝑteritū sc̄are spēs ꝑt, & nimitū ut Ser- uij⁹ notat, & vtroq̄ significatu cōpetit̄ sensui carminis. Donatus ꝑo in Terentiū, iam dudū ꝑo iam diu exponit, refertq̄ alios idip̄m ꝑ eo qd̄ est iam primū accepisse, q̄z vtrūq̄ etiā aptari ꝑposito ꝑt. Idem auctor, alibi iam dudū, vel nimitū, vel valde, vel iam pridē, exponit, & alio quoq̄ loco, iam dudū scripsit infinitæ morę. Sunt q̄ cōtendant de paruo tempe dudū di- ci, adeo ut tempus quattuor horarū non excedat, sed accedendū magis Donato credo, cū ve- terim auctōritatibus freti, tum ip̄ius Terentiū, apud quē legerat, iam dudū ætatem dici.

Facili quæ mente relecta, conditões poenitentiæ pleræq; narrant a theologis, in qua illa est potissima, ut q̄s libere & nude q̄ in deū cōmisit retegat, alioq; ut Sedulius canit, sua vulnera nūcrit q̄ regit. ¶ Tumq; iudex admissi criminis, i. sacerdos. ¶ Imponēs manus capiti & relaxans v̄bis. Absoluo ingens te a peccatis referat aditū ad cœlū, imponēs inq; manus, vsu eo q̄ ap̄d plerosq; iā dudū inoleuit, tametsi necessariū minime id existimet a pbatissimis theologis. dñs em̄ Iesus cū ad Pet̄ de potestate ligādi atq; soluēdi loq̄ret, nullā mentōem fecit manus impo-

**Hęc ipsa eluimus, facili quæ mente relecta
Imponens capitiq; manus v̄bisq; relaxans
Criminis admissi iudex referauit olympum,
Clauibus & tristis valuas occlusit auerni.
Inde olim supera monstrata est semita luce
Sæpius, & sacris patefacta ē vocibus, ample
Lucidus hinc fidei melius splēdescit in antro
Pectoris obscuro radius, spes viuida surgit
Firmius, & superi p̄tendit lampada amoris,
Cuius prædulci transfixus corda sagitta
Tecolo cœlesti tecū victurus in axe.**

Cur non crediderim te princeps optime crebris

rectis, q̄q; vsus qui iam obtinuit non condemnat. ¶ Referauit, adaperuit. ¶ Olympū, cœlū. ¶ Clauibus, Petro & Apostolis creditis, illi em̄ dictū. Tibi dabo clauēs regni cœlorū, & quodcūq; ligaueris sup̄ terram, erit ligatū & in cœlis, & quodcūq; solueris sup̄ terrā, erit solutū & in cœlis. Apostolis vero, Accipite sp̄m̄ sanctū, quo r̄ remiseritis peccata remittunt̄ eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Hæc v̄ o clauēs & ordinis dicunt̄ & iuris dictōis, quo ad primū atinet omnes sacerdotes æquales, q̄q; dem oēs & singuli nisi potestas a superioribus ministris limitata fuerit, & corp̄ Christi cōsecrare & remittere p̄ctā possunt, quo ad secūdā, Pōtifex p̄stat nam inde in mysticū Christi corpus, hoc est eccl̄am fluit ptās a Christo deriuata, q̄ igit̄ iudex cōstitutus a Petro & successoribus fuerit admissi criminis, referauit cœlū clauibus ordinis quo ad peccata, quæ superiores & primates eccl̄æ aut remittūt, aut remittenda iubent, & q̄ ita referauit olympum, etiam ¶ Occlusit tristis auerni, tenebrosi & inferni loci. ¶ Valuas, valuæ sunt auctore Varrone, quæ se voluūt & reuoluunt, sic & fores q̄ foras aperiuūt dictæ, ianua primus ingressus dicebat̄ a Iano, cui sacra etiā putabat̄, hostia vero quæ intra ianuā, q̄q; vsu hæc sunt confusa, & alia, p̄ alijs sæpenumero desumpta. ¶ Inde nobis semita cœli sæpius monstrata est sup̄ luce, gratiæ quæ in susceptōe sacramento r̄ infundit̄ rectis mēte & emūdat̄ a p̄ctō, & sacris etiā vocibus docto r̄ viro r̄ atq; sc̄tō r̄ cōfirmata est. ¶ Hinc lucidus radius fidei melius splēdescit in antro pectoris obscuro, & suapte natura cognitōe, carēti re r̄ altissimæ, nec admittēti cogitatus alienos, iuxta illud, Prauū cor hoīs & inscrutabile q̄s cognoscer̄, & illud, Ego deus scrutans renes & corda, melius aut̄ splēdescit, q̄m maior infundit̄ lux gratiæ, ex qua vt Thomas voluit, fides p̄dit, spes & charitas, itaq; & ¶ Spes viuida magis surgit & p̄tendit lāpada lucē & ardorē. ¶ Sup̄ amoris diuinæ charitatis. ¶ Cuius p̄dulci sagitta, qua vulneratū cor suū gaudebat Augu. ¶ Trāsfix̄ corda. ¶ Te colo, fide, spe & charitate. ¶ Tecū, ob id. ¶ Victurus in cœlesti axe, in empyreo cœlo, q̄d eq̄dem cœlū axis noīe sumit̄, ita in vsu est scribētū carmina est at̄ axis ex se imaginaria q̄dā linea, cui p̄ucta poli noīant̄, ut an̄ iā dixim̄. ¶ Cur nō crediderim, spei causæ subnectunt̄, p̄ter illas q̄ supra sunt allatæ, ex ablutōe patriæ noxæ, ex p̄ctō r̄ abolitōe gratiæ sacramētī poenitentiæ, nūc ex pollicitatōibus factis humano generi, atq; ex diuinæ bonitate naturæ trahimus alias, dixit em̄ Christus in euāgelio, Petite & accipietis, pulsate & aperiet̄ vobis, & rursus, Primū quærite regnū dei, & pleræq; in hanc sententiā, ut in nostra voluntate & frequenti petitione, felicitas posita videatur, quare colligimus futurum vt.

nendæ, nec eius item v̄ba fecit cū Ap̄lis remittendor̄ criminū facultatē cōtulit, fecit at̄ cū apud Marcū in euāgelio dixit, supra ægros manū imponēt, & bñ habebūt & in actibus q̄q; Ap̄to r̄ legimus, imponere eos solere manus sup̄ illos q̄ accipiebāt sp̄m̄ sc̄tū, q̄ res ad cōfirmatōis p̄tinet sacramētū, cui id cōpetit, & Ordinis pariter cōuenit sacramēto, q̄m (ut Thomas docet) ea impositōe manus p̄sulis copiosus gratiæ diuinæ effect̄ de notat̄, in altero em̄ plenitudo sp̄s sc̄ti, in altero excellens in diuinis mysterijs ptās cōferit, relaxare igit̄ satis ē v̄bis & ab soluere quæ poenituit p̄ctis de

Clauēs
eccl̄iæ

Valuæ
Fores.
Ianua
Hostia

Axis

HYMNVS

¶ Precibus crebris, quę fundimus quotidie ad illā impetrādā exaudiamur, namq; p̄ter id qđ pollicitus est. ¶ Summa illi ¶ Clemētia qua genus olim miseratus humanū mori delegit illius saluādi causā, & oīno implent, q̄ voluerit, quoniā ¶ Imperiū ip̄i est, in cœlū & terras, in angelos, in hoīes, in dæmones, nec momētaneū aut t̄pariū, sed ¶ Stabile, atq; p̄petuū. & ¶ Potestas nō vacillās, sed ¶ Certa & æterna, & ne maiora qđ debemus (qđ qđ nō meremur) p̄tere videamur, addimus cōsentaneū omī dubio, p̄cul esse, ut qđ p̄ nobis sanguinē fuderit, bona etiā quo-

rum causā fecerit nobis im-
partiat, ut qđ paterno p̄ctō de-
mētia redimerit, p̄prio itē cri-
mine clemētia liberet. qñqđ
nullo alio veste celi regnū hu-
mano gñi claudit, nec alio qđ
ip̄ius sanguine referat, quo sa-
cramētis ut añ diximus, ablui-
mur, & digni reddimur p̄ria
cœlesti, sed mēte oportet illū
haurire & reuoluere, quo sitis
reꝝ cœlestiū accendat, ideo di-
ctū qđ ¶ Sanguis, ille in ¶ Va-
stum orbē diffusus, & sacra-
mētis idēdē p̄pinatus, ¶ Lam-
pridē reuolutus, cogitatibꝝ cre-
bris, ¶ Calido pectore, excito
immensi bñficij memoria.

¶ Menti hæret, & eo velut im-
bibito stimulat, ¶ Præcordia
ad supas sedes, ad Ch̄m, quē
ex p̄te cognoscimus, & sum-
mis ut aiūt labijs gustamus,

Id p̄cibus cessisse, tibi clemētia summa est,
Atq; tibi imperiū stabile ē, & certa potestas,
Atq; tuus vastū sanguis diffusus in orbem
Iam pridē calido reuolutus pectore menti
Hæret, & ad superas stimulat p̄cordia sedes.
Ergo iam demptū tenebris caput, atq; palude
Emersum stygia, nullis ambagibus vltra
Da pater inuolui, pater o da spernere inanes
Incertasq; vices reꝝ, & frenare rebellem
Sensum, quē posthac non illecebrosa libido
Molliat aut rabido p̄ceps trahat ira tumultu.
Da mentē supero firmatā lumine, totis
Viribus in patriam cœlestē surgere, terram
Despectare grauē nihil & sperare caducū,
mox reuelata facie, vt inquit Apostolus, cognoscemus, & tota mente perfruemur. ¶ Ergo
iam demptum, sed quoniam perseverantia opus est, petimus post diluta peccata, ut mundi a
vitijs perseveremus. ¶ Caput tenebris, maliciæ & per pœnitentiam, ¶ Emersum palude stygia
a regno dæmonis, cuius ditioni eramus per peccatum obnoxij, ¶ Da, præsta, ¶ Nullis amba-
gibus, vanitate & cœlestis anfractibus, ¶ Vltra, amplius, ¶ Inuolui, circūagi & distineri, ¶ Pa-
ter o, o interpositū optātis est, Verg. in. viij. Nunc o, nunc liceat, & iteꝝ, Adsis o tandem & p̄-
pius tua numina firmes, ¶ Da spernere, cōcede vt cōtemnamus, ¶ Inanes vices reꝝ, fluxas &
pereuntū, ¶ Et frenare rebellē sensum, nā post peccatum Adæ vt diximus, sensus rationi re-
bellis fuit, quia deo ip̄i ratio antea rebellarat, & sic continua inter sensum & mētem pugna vi-
guīt, quo circa scripsit Apostolus, carnem concupiscere aduersus spiritum, & spiritum aduer-
sus carnem, & em̄ hæc ima, ille autem supra concupiscit, Huic petuntur terrena, fluxa, genera-
tioni & corruptioni obnoxia, illi cœlestia, stabilia, sempiterna, quāto aut magis frenat & cōpe-
scit caro, & quāto maiori cura sensuū oblectamēta respuunt, tātō maior inter carnē ip̄am &
mētem inī cōcordia, substāt em̄ caro spiritui, & sp̄s deo, p̄riscaq; illa qđtum fieri post lapsum
genus p̄t, integritas & originalis iusticia reuocat, ¶ Quē posthac non illecebrosa libido, sensus
vero in irascibilē & cōcupiscibilē potestātē, quasi in p̄tes duas dirimit, de qbus & Aristō, & no-
stri theologi p̄sertim diuus Thomas, ample differuere, & nos in libris de morte Christi & p̄-
pria cogitāda, illi aut potestati libido officit, huic mētis tumultus, vtraq; em̄ si rōne regat̄ pro-
dest animæ non obest, appetitū em̄ sensili & parte quæ concupiscit, prolem ad dei cultum edu-
candā legitime p̄creamus, ira vero, & nostra & aliena quoq; vitia vindicamus, vnde in Psal-
mo, Irascimini & nolite peccare, ¶ Da mentem, sequitur pars rationalis quæ per mentem ex-
primitur, huic optatur radius diuinæ lucis, ne aberrat a recto, ne tendat ad infera, sed ad supe-
ra totis viribus anhelet, & deum suspiret, quem ex toto corde, ex tota mēte, anima, & viribus
omnibus diligere iubemur, quod ex integro in patria illa cœlesti fiet a nobis, in hac peregrina-
tione tātō magis qđto despectamus & paruifacimus, ¶ Grauē terrā, utpote qđ facti sumus ad
cœlestia, & nil caducū speramus, qđ ap̄i & nau sumꝝ ad sempiterna, qđ toto pectore sitieda sumꝝ.

Da quoq; presentem. & adeo sitieda ut Christi amore & immē illius bñficij recordatōe, mor
 risitū votis, p̄solutori ex pte debitū sanguinis, quē p̄ redimēdo hūano gñe Ch̄s effudit. sed
 nec ob id putare debem⁹, nos illi q̄c̄ cōtulisse. cū em̄ oīa q̄ debem⁹ fecerimus, adhuc nos et
 esse & a nobis ip̄s haberi debere inutiles seruos Ch̄s docuit. Nec mir⁹ hoc videri debet cuiq;
 qñ & naturæ lumine iudicatū nō posse repēdi suscepta bñficia ex integro. Sigdē Cicero Lētū
 lo scribit. Cætera q̄ ad te p̄tinebūt cū & plus cōtenderimus q̄ possuimus, minus tñ faciemus q̄
 debemus, q̄to magis hō er
 ga deū. ¶ Q̄ si hoc. sed q̄ salū
 mū est id & p̄cellētissimū do
 nū, cū sua ip̄e clemētia nobis
 ill' imp̄tit, ut ei⁹ honore ani
 mā efflemus demusq; sangui
 nem, iccirco si eo nos honore
 nō dignat̄, si excellētī hac grā

**Da quoq; presentem te, ppter fundere vitam
 Sanguinis vt sacri preciū quocūq; repēdā
 Sanguine p̄stiteris, q̄ si hoc nō dignus honore
 Comprobor, at saltē naturæ cædere seræ**

& munere nō ornat, aliud donū postulamus. i. dissolutōem sc̄dm naturā. ¶ At saltē naturæ cē
 dere seræ. i. senio decedere, & p̄prio naturæ defectu, diē obire poscimus, supra em̄ mors pro
 Ch̄o postulata, quod qdē votū a grā diuina puenit, qd si id nō impetrat p̄fecti christiani ani
 mus, nō alienū ē ut eo postea desiderio qd a rōe p̄fluit, vtaf. hoc ē ut naturali morte dissoluat̄
 ab aīa corp⁹ obnoxīū corruptōni. Illud em̄ ex fide, hoc ex hūana rōne puenit. Nam cū mors
 ip̄a ex p̄tō introducta sit, q̄ nā labefacta ē, iccirco ea cōgenitē p̄p̄sioni repugnat. Stare sigdē &
 p̄manere vnicuiq; rei a natura insitū ē & ip̄m gen⁹ hūanū, q̄c̄ rōe corp̄is ex elemētis cōflati,
 dissolui cōsentaneū ē, ob remediū nihilomin⁹ Adamo collatū, poterat nō dissolui, si deī man
 data custodisset, indita q̄ppe fructui illo vitali vis fuerat, progādē humiditatis illius, q̄ veluti
 pabulo vti naturalis calor, sed qm̄ terreni parētis crimie priuati sum⁹, penni illo vitæ sustēta
 culo mori necesse ē, p̄ p̄t̄m em̄ utingit Ap̄s, introducta ē mors in orbē terrarū, & apud eūdē
 scriptū ē Statutū ē hoībus semel mori, a q̄ qdē morte nec alienus eē voluit Ch̄s, q̄ aīa mor
 tē, hoc ē p̄t̄m exclusit, & tribuit nobis æternæ vitæ cōp̄dia, ut ergo in prima illa cōstitutōe in
 facultate hoīs sitū erat posse nō mori, morte corpea, ita in secūda p̄ Ch̄m repata mortalitate
 cōdonatū ē nobis posse nō mori spiritali morte, & ad b̄tōrū angelorū choros posse p̄duci, q̄
 bñficio ut aī diximus, christiani animus incitari debet, ut libētē si ita Christi honor poposce
 rit, innumeris beatorū martyrum exemplis, p̄ntem vitā deponat, q̄ munere si diuinitus censeat̄
 indign⁹, naturalis deinde mortis desiderīū occurrit, ut videlicet nō morbo aut vi, molestia ve
 sed resolutōe vita discedat, sigdē vnicuiq; sua portio ē humidi, in quē naturalis cōtinue calor
 agit, quo deficiēte, instar lychni ardētis, extinguit̄ vita, hic vnus inter mille mortis modos na
 turalis est, & hucusq; p̄ntis desiderīū vitæ impune se p̄t̄ extēdere, ni aliud cōstiterit deū condito
 rem decreuisse, sed pauci hac morte solutū. Morbis potius pereūt suffocato calore ex humo
 re sup̄fluo, ut violētās & extrinsecus allatas mortis causas p̄tereā, quas libētē effugere & natu
 ralē p̄optare dissolutōem, tam a rōe nō abhorret, q̄ nec a sanctorū exēplis & eccl̄æ p̄cibus dis
 sentit. Optauit em̄ Ezechias, & petiit p̄ntis vitæ spaciū sibi progari, nec ob id crimen incurrit,
 utingit Petrus de Palude, Parisiēsis theologus nobilis, sed & ei q̄ obseruat secūdæ tabule p̄ce
 ptū primū p̄ munere p̄ponebat a deo vitæ lōgeuitas, quā sane arbitror nō obtulisset, ni & cu
 pe & cōseq̄ posse licuisset. Ip̄a q̄c̄ eccl̄a salutē mētis & corp̄is idē idē p̄cat, & nouæ nupte bñdi
 cēs antistes, lōgæuitatē Saræ postulat, licet igit̄ optare naturalē mortē inuectā senectute, q̄ lētis
 sūma est vitæ ps, si recto examine p̄pendat̄. Illi em̄ q̄ vel vana corp̄is pulchritudine freti sunt,
 vel cito periturę fortitudini fidūt, seniū accusant, eiusq; incōmodis summe tristant, vñ ingeni
 osus ille poeta cecinit, Fletq; Milon senior cū spectat inanes Illos q̄ fuerāt solidarū morte ferarū
 Herculeis siles fluuidos p̄dere lacertos, Flet q̄c̄ ut in speculū rugas cōspexit aniles Tyndaris
 & secū cur sit bis rapta regrit, q̄c̄ nisi insipiētes erāt ita futurū eē cognorāt, ut idē poeta differit
 lōgo p̄gressu, ut grauiores auctores reticeā, q̄ v̄o mētis robori studēt mīme dolēt, q̄ alteri vi
 tæ p̄spiciūt, gaudēt, nā summos honores, & prudētia illi⁹ Nestoreæ, quā affectāt celebritatē, et
 nepotes, p̄nepotes ve, senectus adducit, cuius plura commoda Cicero curauit recensenda di
 cato libro, sicuti Xenocrates philosophus, & theologus noster Ambrosius mortis com
 moda peculiari quoq; libello retulerunt. Et sane vt adolescentia & iuuentus, corporis cō
 modis delectat̄, nō secus delectat̄ animi & mētis bonis ip̄a senectus, quæ sensuū petulantia, rō
 ni semp̄ obliuētāte edo marit, Ac magna qdē p̄uidētia factū arbitror ego, ut vigeas sensibus

Senectus
 nō sper
 nenda

HYMNVS

Nota hic iuuentus, vigeat animo seniu, torpeat illa cōsilio, corpis hæc viribus torpeat. qñ qdem illi⁹ ala-
 critas ad cōparandā mētis frugē adiuuētō est, huius⁹ o imbecillitas monet ad aliā vitā nostra
 cōsilia, nostras actōes dirigēdas, atq; senecta qdē morti ppinq̄, mors bñtudinī pxima est. deci-
 piunt aut iuuenes, iuuetē flore apparēti quā⁹ o. sigdē p̄stās illa & solida iuuetus, in alia q̄ post
 mortē est vita cōcedit, optam⁹ igit naturæ mortē. ¶ Et facili cōponere mēbra sepulchro. i. faci-
 le dissolutōem enācisci, qd p̄ facile sepulchrū exprimit. figura hypalage nouissima, nō tñ diuti-
 nam ætatē licet optare, ut diu-
 tius oblectantis sensus abuta-
 mur, ut diutius absumus a pa-
 tria, capti amore terreni hos-
 pitij, sed ut admissa purgem⁹,
 vt bonis opib⁹ lōge ditiores
 & alacriores, q̄si p̄ciosa mer-
 ce onusti, in portū celestis hie-
 rosolymæ pueniamus. pueni-
 amus inq̄ animo, corpe in se-
 pulchro posito. ¶ **Da precor, & facili cōponere mēbra sepulchro,**
Donec flāmifero princeps labaris olympo,
Vt iustis cœlum tribuas, prauisq; maligno
Dæmone deuictis æterni incendia luctus.
Tunc mea tunc subito rediuuius mēbra resumā

Labi.
Olymp⁹

**Resurre-
 ctio**

resurgere

¶ **Da precor, & facili cōponere mēbra sepulchro,** Christe. ¶ **Labaris, descēdas,** labi em̄ p̄ eo q̄ est descēdere, vetus dictū. Verg. Labere nymp̄ha polo. ¶ **Olympo, cœlō** q̄ q̄si ololampus hoc est totus splē- dens, vt diximus. ¶ **Flāmifero, flāmas emittēte,** nā ex luce & splēdore calor, ex calore flamma suboritur. ¶ **Vt iustis, cœlū tribuas** q̄bus p̄misisti te dicturū, ut euāgelia testant. Venite benedicti patris mei, p̄cipite regnū paratū vobis a cōstitutōe mūdi. ¶ **Prauisq; maligno** dæ- mone deuictis, & ideo in seruitutē illi⁹ merito datis. ¶ **Incendia luctus æterni,** qñ ex eodē illis ore dicturus. Ite maledicti in ignē æternū, q̄ paratus est diabolo & angelis eius. ¶ **Tūc mea tūc su- bito rediuui⁹,** an̄ qdē iudiciū rediuuius, viuis itē ex mortuo factus dei iussu, & ut inqt̄ Ap̄s Paul in voce archāgeli & in tuba nouissima suscitatur. ¶ **Resumā, itē sumā mea,** ¶ **Mēbra, cor- poreā,** q̄bus aīa nūc an̄ dissolutōem cōiuncta ē, resumā inq̄ tūc, qd̄ intelligēdū velim nō in eo dē p̄ctō sniæ p̄mulgatæ, sed nō multo antea, atq; etiā nūc cōmpatōe p̄ntis t̄pis, resumā inq̄ ist hæc mēbra nō alia, sed eadē nūero, ad q̄ signāda Ruffin⁹ scribit in Agleiensi eccl̄a moris fuisse vt dū caneret symbolū sacerdos, & deū tūc eēt ad articulū resurrectōis, subderet tollēdæ, s. ab̄i- guitatis gr̄a, huius carnis resurrectōem, q̄ tñ sine vlla p̄nomis exp̄ssione sublata videt̄, si vis cōsideret̄ vocabuli, nihil em̄ aliud est resurgere, q̄ reuiuiscere, ut rectissime decernit Augustin⁹, viij. de trinita. lib. & Ioan. Damascē. iij. lib. sniæ theologice, resurrectōem definit secūda ei- us quod cecidit resurrectōem, & sanctissimus ille Iob scrupulū sustulit vniuersum de resurrecti- one ip̄a scribēs, Et in carne mea videbo deū saluatore mē, quē visurus sum inquit ego ip̄e & nō alius. Fuerūt certē & phōr̄ errores nōnulli, & hæreticorū impietates, & nugamenta cōplu- ra, quæ vitatis humanæ resurrectōis aduersarent. Nam alij tamesi decernerent animas rur- sum corpibus iungi, aut mabāt tamē id fieri gnātōe corporū illoꝝ q̄bus ip̄æ necerent, alia q̄ esse corpa, tum specie, tum numero, specie ob male actæ vitæ prioris merita, numero cum recte obiuerāt viuēdi munera, & post quæpiā secula eiusdē sp̄i corpa petierāt cognato, s. amo- re fungēdi vitæ prioris officio, quā arbitror opinionē Maro secutus in sexto cecinit. Rursum & incipiāt in corpa velle reuerti, sed ex vitatis radicibus earū opionū plātæ pullularūt. Autuma- bāt em̄ ex accidētī aīas iūgi corpib⁹, nō suamet essentia, veluti quū forma materiē copulat̄, ex q̄b⁹ vnū v̄e & p̄ se cōstat & coalescit, imaginabaturq; illā ei⁹ eē instar q̄ mouet aliqd a se di- uersū, aut extrinsec⁹ q̄piā induit. Illud q̄q; nō min⁹ male opinabant̄, sensū nō differre ab itel- lectu, nisi veluti ex accidētī, utpote q̄a nil p̄staret hō cæteris aīantib⁹, nisi vi tempaturæ corpis, q̄ p̄fectior haberet̄, q̄re ubi morib⁹ degenerasset, in bruta facile posse cōuertī ea, q̄re affect⁹ in priori vita degēs imitatus fuisset. Que qdē monstrosa placita & sniē, ab ip̄o Aristotele in libris de anima satis coarguunt̄, ut mix̄ videri possit extitisse hæreticos homines, q̄ in illas iam ex- p̄losas & eliminatas impeggerunt. Sed demirari non cōuenit ignaros delirare, quales oēs hære- tici. Resurrectōem tñ pene oes crediderūt, q̄q; diuerse, & nōnulli eā p̄ naturæ vestigia putarūt p̄cedere, ex theologis⁹ o Thomas scd̄m naturā esse illā decreuit in. iij. cōtra gentes lib. In. iij. o cōmētario in theologicas sniās, aliquā eius p̄tē miraculo dādā voluit, qm̄ a principio eo qd̄ naturæ p̄stat, p̄ficiscat̄, tamesi ad id qd̄ scd̄m naturā est p̄ducatur, & iccirco quoq; mō natura- lem resurrectōem dici posse non negauit, quem sequutus est Petrus Aruernus in additamentis. Grægorius ratōne ip̄a nō solum fide credendam p̄dicat resurrectōem, inuitariq; ad id ho-

mines luce, q̄ quotidie q̄si extincta renascit. Arboribus, q̄ veluti defuncta reuiuiscunt regerminatatis folijs & floribus, ex qb̄ fructus nascunt. Semibus itē, q̄ putrescēdo moriunt & germinatētes exurgūt. q̄ etiā exēplo vsus Ap̄s est ad Corinthios ȳba faciēs. Resumā igit̄ mea membra post resurrectōem, mea certe ad exp̄sionē maiorē, nō tñ corruptōi āplius obnoxia, sed ¶ Lucida p̄petuæ donis p̄fusa iuuētē. Mēbra igit̄ doub̄ ḡlosi corpis clarebūt sine fine, q̄ diximus dona iuuētē p̄petuæ. Perpetuū em̄, ut inq̄t Donatus, ad hoies p̄tinet, sicut sempiternū ad de-

perpetuū
Sempiternū

**Lucida perpetuæ donis p̄fusa iuuētē,
Et foelix superā tecum p̄ducar in arcem, vt
Infinita fruens te semper secula viuam.**

os, sed & sempiternæ duratur
ra sunt beatorū corpa diuino
nutu, post resurrectōem q̄p
pe sc̄m ætatē plenitudis chr̄i
vt Ap̄s ait, & anima & cor
pus p̄fundent̄ donis p̄petuæ,
sempiternęq; iuuētē, q̄ dona

dotes corp̄
pis glori
ficati sep
tem

logis, Ornatus aut̄ sunt in æterna illa foelicitate p̄petui, cum videbit anima deum, & illo p̄fruetur, cum ip̄m corpus agile, subtile, clarę erit, & pati non poterit. Septē quippe dotes huiusmodi conferent̄ beatis in patria cœlesti, quorū quę ad animam p̄tinent, facilius solent admitti vulgo, q̄ quę corpus concernunt, vtpote quę maioris v̄mbram difficultatis pariunt in animis ineruditorū, qui corpora vident humana solidioribus elementis coalita, terrestri mole grauiā sed & opaca & tenebrosa, & cuiuscūq; peregrinæ iniuriæ prorsus obnoxia. Non animaduertentes Christū humanę foelicitatis auctōrē, in p̄prio corpe priusq; morti traderet, dotiū ip̄arū inditia mōstrasse, cū de clauso vtero ȳginis exiit, cū supra maris v̄ndas ambulauit, cū de manib; insidiantiuū impetentiūq; ludæorū euasit, cū in mōte trāsfiguratus, eius facies instar Solis explēduit. Clara igit̄ erūt beatorū corpa, & aię nutu facillime agent, & subtilissime penetrabūt, adeo vt nec alia eorū trāsitiū corpa remorent, nec pati poterūt q̄cūq; molesti aut aduersi. Quō ātid fiet varij varia. Nā fuerūt q̄ dicerēt ideo affici p̄perā nō posse corpa foelicitū hoim in cœlis degentiū, qm̄ q̄litates elemētōrū ab eis auferent, q̄ sunt in causa, ut ex eis cōflata corpa soleant exagitari, sed cū ip̄e q̄litates ad eorū integritatē & p̄fectōem cōducāt, isthęc opinio non admittit, vt illæ videlicet demant̄ in cœlis, in q̄ nihil nisi p̄fectū & inteḡ fuerit. Ex quo illud itē absurdū apud phōs viros seq̄ret̄ incōmodū, ut stantibus elemētis q̄ suarū qualitātū causæ & sunt & habent, effectus tñ eorū, hoc est qualitates ip̄æ nō starent. Quapropter opinati nōnulli sunt p̄māsuras q̄dem qualitates, sed ab eis actōnes suas vi diuina p̄fusus auferēdas, q̄d pari pacto nō placuit doctioribus, qm̄ ip̄æ miseri neq̄unt qualitates, nisi agant & patiant, ex quo diuersæ conflant̄ tempaturæ corporū, sed a superanti humore noīa sumūt, sed nec dos hoc pacto dici posset huiuscemodi p̄rogatiua, sed demptio, & ablatio, & priuatio quæpiā inferendæ extrinsecus iniuriæ, q̄d p̄stari etiā posset ope diuina corpi corruptōi obnoxio. Iccirco fuerunt q̄ materiā cœlestis corpis alterius naturæ ab elemētis statuerēt esse in causa, quā obrē affici beatorū corpus & turbari negret, q̄d tñ nullo pacto philosophiæ Aristotelicæ cōpetit q̄ ab omī elemētōrū coalitu q̄nti corpis naturā dirimit. Adde q̄ nec theologię p̄fusus cōsentaneū, cui cōp̄tū est diuina ȳtute id fieri nō naturę. Propter ea visum p̄batorib; theologis, p̄edere idip̄m ab aīa poti; cui corp; subiectū erit, ut illa deo, q̄ fiet ut sicuti in aīa nihil aduersi & diuinę volūtati repugnās eueniet, ita nec corpi q̄cūq; aduersū ei dispositōi cōtinget, q̄a, p̄fusus ab aīa p̄ficiat, a q̄ itādem subtilitatē obtinebit corp; nō q̄dē vt ȳrat̄ in sp̄m, q̄d hæretici nōnulli autumarūt, igno rātes ea dūtaxat inuicē trāsmutari q̄r cōis est materia. Nec itē ut raritate id eueniat, quē admōdū illis visum q̄ aerea & v̄cto sifia futura corpa existimarūt, quē errorē Chr̄us primo deleuerat, cū post resurrectōem palmandū Ap̄s corpus suū p̄buit, docēs sp̄m carnē & ossa nō habere, & sane carnis & ossiū natura, quæ beatis corpibus inerit v̄ti & aeris raritudinē explodit, ab eadē q̄q; aīa in ip̄m corpus effluet p̄fectio illa q̄ dos agilitatis nūcupat̄ a iunioribus theologis, namq; nō mō aīa ut forma, sed ut motor etiā corpis habet, q̄ quāto maiori fulgebit ḡla, obmerita bñ actæ vitæ, eo maiorē corpi claritudinē indet. ¶ Et foelix, quo ad aīam, igit̄ & corp; attinet foelix. ¶ Perducār tecū, post iudiciū. ¶ In superā arcē cœli empyrei. ¶ Vt te ip̄ fruēs, frui Donatus dixit id esse q̄d vesci, a frumine, q̄ est summa pars gulæ, a qua re ad alias delectatōes indicandas sit p̄pagatū, & alio loco frumen tractum gulæ dicit esse, qua cibus in aluū demittit Nostri ȳo theologi, decernūt frui esse alicui rei delectatōe ihærere p̄pter se ip̄am, hoc August. Tho. Sco, & alij, ut sic dixerī innūeri volūt, vti fruamur sine vltio, his ȳo q̄ sūt ad finē vtamur

Frui
Frumentum

HYMNVS

Seculum

deduxitq; Thomas hoc ip̄m noīs a fructu. & August. ip̄e in lib. lxxxiiij. q̄stio nū scribit esse oēm humanā puerilitatē vti fruēdis, & frui vtēdis. & alibi solo deo fruendū cēlet. quare nobis solo deo fruēdū est. reliqs oībus rebus vtēdū. hoc itaq; faciens. ¶ Viuā infinita secula. Seculū centū annoꝝ spacio finiri Varro decreuit. dicitūq; a sene q̄ lōgissimū id senescēdi spatium putarint. alij triginta annoꝝ spaciū dixerūt seculū esse. Cēforinus exordio & fine humanæ vitæ seculū cōcludi voluit. alia alij. nos infinita secula dicētes. & ecclesiæ nostræ succinētes. q̄ idip̄um saepe numero p̄cat. oēm dubitatōem extrudimus. q̄n Christi regni. q̄d amicis eius daturus est. nullū est finis. hoc petimus. hoc oībus viribus postulamus. nō em̄ vti Orpheus optamus. nō uti Pin dārus efflagitamus. q̄ suis hymnis augeri floridū decus exposulauit. Nō ut Ouidius. Ore le gi populi p̄q; oīa secula fama Viuere. nō ut alij nostræ tēpestatis in extēto æuo celebres p̄mar nere. Inania em̄ isthæc oīa & pereūtū vmbrae similia. atq; ab ip̄is etiā explofa ḡtibus. q̄n apud Cicer. Scipio libroꝝ excellentiū famā. Iongo t̄pis decursu interire putauit & docuit. fretus tū infaniæ & tentis. quē dicūt anni. q̄n etiā fretus & eluuiōibus & incēdijs. q̄bus pereunt monu mēta mortaliū. & humana gloria tāto studio q̄sita. p̄suis euanescit. q̄to magis id nos affecta re nō debemus. q̄bus fide cognitū futurū. ut inqt Ioannes. coelū nouū & terrā nouā. purgatis demētis. & immisso generali incēdio. cuius vi q̄ nimitū existimamus disperibūt plurima. Soli da aut nō ab hoibus. sed ab ip̄o deo nobis petēda gloria. & in alia q̄ nullo fine claudetur vita sperāda. cū deo coniūcti sempiternæ foelicitatis gaudio p̄ruemur. & mēte foelices & corpore. Hic noster finis. hæc summa votoꝝ. Neq; em̄ (ut Ioānes Picus Pa. ad me scribēs ait) aliū finē p̄finire nobis aut debemus aut possumus. q̄ ut infinita vtriusq; hominis pace. infinito bono sine fine fruamur. quā q̄dem sententiā vnico & su in fylua nostra (cui titulus votū) ita cōcludi mus. Aeterno sine fine deo. sine fine fruendū est. Habes itaq; fili nostræ hymnū Christo dic catum. & nostris tibi declaratū cōmentarijs. cuius muneris ergo calūnias a maleuolis fugere. nec spero nec magnope postulo. Boni em̄ & cādidi iudices. ut inter initia sumus p̄fati. nobis vnq; terrori nō fuerint. malignis vero atq; p̄posteris abunde responsum est. Si alijs cōmuni care opus volueris. cura ne formis excudat. si diligens & accuratus recognitor nō adsit. qui le brarioꝝ errores castiget. nam q̄ hætenus ex nostris opibus imp̄ssa alieneis literis fuere. libra rioꝝ diligentia desiderat. & durū certe aliena culpa male audire. Quod attinet ad hoc ip̄m op̄ nihil. q̄ q̄ iuste possumus dep̄cābimur. nos iniquis spacijs exclusos multa scripsisse vfos me moria p̄ libris grauiorū literarū studijs occupatos fuisse. estatē nec admodū integrā. & p̄te rea nō nihil ex succissiuīs hibernis t̄pibus cudēdo cōmentario deditisse. bibliothecā nostrā tam longe nobis abfuisse q̄ nos a doctoꝝ viroꝝ cōmertijs. vtpote septi. Nouo oppidulo. nū & ingruētibus pressi molestijs. Si meliora desideras. tu tibi ip̄e legēdo consulā. Quod aut attinet ad numeros & liniamēta. si qs forte nostra. si quis captus amore leget. desideretq; & eos p̄ra stantiores & liniamēta melioris notæ. vtpote quæ magis oleant lecytos Maronianos. respō deas velim potuisse fieri. si quadraginta vel circiter annos in compaginādo centone consum p̄sissem. ut fortasse viderer Aesopeus ille gracculus. pennis vestitus alienis. & si ludicra certa mina cantassem. si scommata recensuissem. mouissem risus. vanos amores iuuenibus com mendassem. similior utiq; poetis gentiū iudicaret. quod nimirum de industria fugio. tantum abest ut ambiam. sat mihi ad p̄sens de religione cecinisse. nā uingit Nemesianus. Cantat amat quod q̄sq; leuant & carmina curas. adde. quod & rebus alienis me libenter abstineo. & noua cudere. q̄ imitari malo. atq; ut nouo etiam carminum genere vniuersa claudamus.

Non desolato bella sub Illo.
 Non cæci foeda furta Cupidinis.
 Non decurrentes puluere olympico
 Bigas. non tetra sæua tragœdiæ.
 Non focci blanda crimina promimus
 Sed Christo regi carmina pangimus.
 Qui debellato dæmone præpotens
 Conscendit coelum stemmate fulgidus.

ΤΕΛΟΣ